




EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

*Wd. 5.*

*3.*







In hoc involucre sunt  
Dissert. D. Sam. Stryckii  
nr. de

Transitu militum  
credentia revelatione  
Iure superflui  
Acta ante acta.  
Alapa.

2

DISSERTATIO JURIDICA  
*DE*  
JURE SUPERFLUI,  
&  
CAUTELA ABUNDANTI,

*QUAM*  
DIVINA ADSPIRANTE GRATIA  
MAGNIFICO JCTORUM IN ILLUSTRIS AD  
VIADRUM ACADEMIA ORDINE INDUL-  
GENTE

PRÆSIDE

DN. SAMUELE STRYKIO,  
J. U. D. FACULTAT. JURIDIC. P. T. DECANO,  
COMIT. PALAT. CÆSAR. ET PANDECT. PROFESSORE  
PUBLICO ORDINARIO,

DN. PATRONO, PROMOTORE AC PRÆCEPTO-  
RE OMNI OBSERVANTIÆ CULTU ÆTATEM  
DEVENERANDO,

*Die, May. Anno M. DC. LXXV.*

IN AUDITORIO JCTORUM HORIS ANTEMERIDIANIS  
CONSUETIS

PLACIDÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI

SUBMITTIT

TOBIAS REIMERS, B. B.

A. & R.

Typis FRIDERICI EICHORNII.

VIRIS

GENEROSIS ac NOBILISSIMIS  
DNO. PRÆSIDI,  
DNIS. DNIS CONSILIARIIS  
PROVINCIALIBUS,  
OMNIBUSQUE PARITER  
AC SINGULIS  
GENEROSI. ORDINIS. EQUESTRI  
DUCATUS BREMENSIS,  
Dominis meis Honoratissimis.



# GENEROSI NOBILISSIMI DOMINI,


**C**œgerunt præcoces belli minæ meditabundè cunctan-  
tem id maturare, quod NOBILISS. VESTR. GENE-  
ROSIT. ex eò inde momentò humillimus debeo, quò Pa-  
triæ dulcedinem charitates complecti omnes, sibi que haud exi-  
guam ortus partem vendicare, intelligens NOBILISS. VESTR.  
GENEROSIT. ad conservandam illius salutem unicè sollicitè q̄  
post Deum omnipotentem & SACR. REGIAM MAJEST. vi-  
gilare Vidi. Imò, quò insignibus DN. Parentem beneficiis  
cumulatum, collatà olim honorificè eidem Syndici, qui consiliis  
& Studiis adesset, spartà, SACR. REGIÆ MAJEST. ad obe-  
undum in Summo Regio Tribunali gravissimum Assello-  
ris munus unanime NOBILISS. VESTR. GENEROSIT. vo-  
tum presentasse, recenti memorià volvo. Hac & majora in  
DN. Parentem collata benemerita persuadent, qui Tantos  
pariter Patronos humilimè exoptans sperem, & NOBILISS.  
VESTR. GENEROSIT. Studia, qualiacunque sint, mea quòvis  
nomine commendare satagem; Inprimis verò cum presenti  
de CAUTELA ABUNDANTI & JURE SUPERFLUI  
Dissertatione, quam vix modico inopina Athenis bisce metuen-  
da Belli calamitas elaborare Studio concessit, aliud non quærã,  
quàm qui commender; non potui, quin NOBILISS. VESTR.  
GENEROSIT. cui perennis jurium & Privilegiorum Patriæ  
cura, ne quid detrimenti iis accidat, incumbit, ità ut stabilien-  
dis

dis hisce & in viridi utique observantia conservandis Cau-  
telæ abundantes vix sufficiant, nunquam penè abundant,  
quia magni semper Provinciales avitas sibi consuetudines &  
prærogativas sartas tectas servari, juxta Ulpianum in l. 4.  
§. 5. ff. de Offic. Proconl. facere solent, humilimè offeram;  
non eâ tamen animi arrogantia, ut TANTÆ GENEROSIT.  
VIROS NOBILISSIMOS cautelas, quibus, quamvis abun-  
dantibus, Patria jura generosè tueantur, me docere posse,  
imaginer, quippe qui præter ea, quæ in Jurisprudentiâ Civili  
tractantur, alia vix studia extremis labiis degustavi; sed  
quia NOBILISS. VESTR. GENEROSIT. multis me nomini-  
bus exile hoc Tyrocinium debere opinor. Proinde ut Sere-  
nam id frontem videat, est quod devota vota desiderant.  
Ceterum Optimus Maximus DEUS omnia SACR. RECIÆ  
MAJEST. Consilia in GENEROSI ORDINIS EQU-  
STRIS & TOTIUS PROVINCIAE DUCALIS emolu-  
mentum, FAMILIARUM NOBILIUM incrementum,  
& salutarem mille votis exoptandæ PACIS promotionem  
benignè vertat, quò NOBILISS. VESTR. GENEROSIT. pro-  
sperè ac dextrè omnia cedant; quod ex animò precatur

NOBILISS. VESTR. GENE-  
ROSITAT.

Devotissimus

TOBIAS Reimers.



## LECTORI BENEVOLO Salutem.

**O**ffero, C. L., materiam, nec Naturæ, nec Vitæ communi, nec Juri incognitam, amplam satis, sed vix eò, quò par fuisset, studiò ob imminentem & minantem belli tempestatem dignè satis enodatam; plurimum enim interest, nosse, necessarium ne sit aliquid an supervacuum; *arg. l. 7. §. 10. ff. de pactis l. 8. §. 4. ff. mandati. l. 49. verborum inter officium. ff. famil. hercis.* Offero SUPERFLUUM quoad idipsum ex Jure Nostro per fugitivum aliquod temporis spacium pro ingenii viribus eruere licuit. Non defuissent quidem scrutanti vel mille themata, quibus ipsæ leges SUPERFLUUM, ad minimum per æquipollens, expresserunt, cum in unico Cod. tit. de Donat. SUPERFLUUM vel quinquies, *ut l. in donationibus. 31. l. sancimus. 34. pr. & §. 1. in fin. l. si quis argentum. 35. & l. ult. pr. C. de Donat. SUPERVACUUM bis, ut l. aris alieni. 15. & l. si Donationis. 18. C. d. t. REDUNDARE semel. d. l. sancimus 34. §. 3. semel ABUNDE d. l. sancimus 34. §. 4. occurrat; nisi & præter temporis angustiam, quæ prope rare coëgit, integrum volumen colligere abhorruissem, cum DE SUPERVACUIS (*si Augustino de Civit. Dei. lib. 4. c. 27. fidem tribuimus*) NON MAGNA CAUSA SIT; SOLET ENIM à VIRIS PERITIS [*quòd Revard. JC. ad l. 94. ff. de R. I. legit Juris peritis*] DICI: SUPERFLUA NON NOCENT. Unde multò utilius*

lius esse duxi, pauca de iis pro virili effundere, quàm multis inutilibus C. L. prægravare *juxta L. 2. § sed & si quid. in fin. C. de Vet. Jur. Enucl.* Denique offero ABUNDANTES quasdam CAUTELAS, [non illam ABUNDANTIAM, cujus STATUAM recenset *Höping de jure insign. c. 20. n. 80.*] quibus cautiores sibi quandoque prodesse, quandoque obesse solent; Ut enim in casibus dubiis, an actus certam quandam solemnitatem requirat, hæc cautius adhibetur, quàm negligitur. *Card. Tusch. Lit. A. Concl. 168. n. 1.* sic nimia cautela & insolita doli præsumptionem infert, *Card. Tusch. Lit. C. concl. 162. n. 2. & concl. 306. B. Dn. Brunnem. Cent 3. Dec. 48. n. 4. & C. 3. D. 77. n. 6.* Id tamen iterum candidè fateor, me nec omnes, quæ deprehendi potuissent, CAUTELAS ABUNDANTES enumerasse; sed eas saltem, quas præceptis offendi, præceptis congesti; Unde, si fortassis error imprudens hæc pagellas maculaverit, eo benigniorem mihi veniam persuadeo. & [*ut iterum cum B. Augustin. lib. 1. de Trin. c. 3. mihi caveam.*] Quisquis eas legit, ubi pariter certus, pergat mecum; ubi pariter hæsitat, quærat mecum; ubi errorem suum cognoscit, redeat ad me, ubi mecum, revocet me. Exactam enim omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, divinitatis magis, quàm mortalitatis est. *Juxta l. 2. §. si quid autem in tanta C. de Vet. Jur. Enucl.* Proinde æquibonique Consulens Vale, & benignè fave.

CAP.



CAP. I.  
De  
NATURA ET DEFINITIONE,  
Ac In genere de SUPERFLUO.  
S U M M A R I A.

1. Omnis Definitio in jure periculosa. 2. imperfectum. 3. quod definitione caret. 4. Defini primum esse debet. 5. Superflui defini. 6. 7. Paraphrasis. 8. Synonyma. 9. abundantia quid. 10. Propositio. 11. Superfl. divisio. 12. Origo. 13. Verbor. Superfl. 14. Oratores multiloqui. 15. tautologia. 16. Pleonasmus. 17. Hyperbole. 18. Serpentis Persuasio hyperbolica. 19. Kaini & Lamechi facundia. 20. Poetica circumscriptiones. 21. Carmen Paromæum. 22. Carmen Cancrinum. 23. de Figuris remiss. 24. facundia magni habitata. 25. Sulpitius & Scipio Oratores. 26. Superfluitas in Titulis. 27. an Uxor à Marito Domina dicenda. remiss. 28. an tit. Superfl. vitient. 29. Superfluum in facto 30. apud Ethicos reprobat. 31. & Jctos, quatenus de virtut. agunt. 32. Avaritia. 33. Prodigalitas. 34. Saevitia. 35. nimia familiaritas parit contemptum. 36. Superfl. Usuræ reprobata. 37. Superfl. Diligentia reprob. 38. 39. Voluptates gentium excidia. 40. Germani bibaces. 41. ebrietas à Carolo V. non prohibita. 42. Germani non luxuriosi. 43. inter pocula de Pace egerunt. 44. Superfl. in factis Civil. remiss. 45. Res corporales 46. Solidæ. 47. Superfl. in hominis 48. animo. 49. corpore. 50. Monstra. 51. profunt quandoque matri. 52. Hermaphrodit. 53. Res liquida. 54. unde proprie Superfl. 55. Nili redundancia. 56. Fluxus & Refluxus maris. 57. Aër corpus 58. ejus redundancia. 59. Terræ motus. 60. Superfluum ex confusione. 61. an duo Vasa se invicem capiant. 62. aquagia artificiosa. 63. Res incorporales. 64. Transitio. 65. Contrariorum eadem disciplina. 66. Defectus Definitio. 67. Divisio. 68. Defect. in Corp solido. 69. 70. in homine. 71. Defect. in liquidis. 72. Vacuum. 73. Defect. in non corpore. 74. seqq. defectus in jure exempla. 81. Sublata causa tollitur effectus. 82. seqq. Ellipsis &c. 85. 86. abbreviatura. 87. Chinensium typi. 88. seqq. Concinnæ orationes. 91. Omittendo peccatur. 92. Morositas. 93. Jus Superflui. 94. Cautela abund. 95. Cautela quid. 96. Solemnitates Testament. 97. in LL. superfl. resecanda. 98. seqq. an argumentum à contrario valeat. 101. Superfl. reprobata. 103. Forma certa nec superfl. nec defect. admittit. 104. 105. Ratio. 106. seqq. Exempla. 109. 110. Declaratio. 111. Superflua non nocent. 112. Cautela abund. non vitiat. 113. seqq. Rationes. 116. Exempla. 117. Declarationes. 120. Transitio. 121. ubi eadem ratio, ibi eadem jura.



Quamvis non minus periculo, quàm difficultate conjunctum videatur, aliquam in Jure definitionem formare; tùm quia parum

1.

CAP. I. DE NATURA & DEFINITIONE.

- parum interest, quin ea vel verbulò indigens, vel abundans subverti  
facili argumentò queat. *l. 202. ff. de R. I.* tum quia arduum est, ex præ-  
scriptâ Dialecticorum methodò breviter aliquid ita definitioni inclu-  
2. dere, ne in aliquò ea vitiata suum perdat officium. *l. 1. ff. de R. I.* At-  
tamen quia imperfectionem quandam sapit, quod non ex omnibus,  
inprimis potissimis, suis partibus constat, *L. 1. ff. de O. I.* Defini-  
3. tio autem non ultimas sibi paginas tribuit, cum vagari & errare co-  
gatur oratio, si ii, qui inter se dissenserint, non idem esse illud, de  
4. quò agitur, intelligant. Non possum, quin, quid illud sit, quod  
Dissertatiunculæ Rubrum promittit, generali quòdam præliminari  
exponam; Non, quod verbosis gaudeam commentariis, sed ut justis  
eorum votis satisfaciam, qui definitionem *πρὸς αἰδέυμα* cujusvis disci-  
plinæ inevitabile constituunt, *Cujac. in præfat. parat. ad ff. §. etiam jus*  
*definitionib. Coler. Præfat. Proc. Exec. n. 7. Rosb. Proc. utroque in pr.* inpri-  
mis verò, ne, cum de *Superfluo* ejusque jure agendum sit, ea desideren-  
tur neglecta, quæ salvò methodi jure abesse non possint.
5. Est igitur SUPERFLUUM omne illud, quod non ex necessi-  
tate quadam adest; vel quod tutò abesse poterat. *arg. l. 28. pr. C. de*  
*testam. l. pediculis. 32. §. Labeo. 6. ff. de aur. & arg. leg. l. 31. C. de Donat.*  
6. Illud itidem, quod extrinsecus, & nihil ad præsentem actum pertinens,  
adjectum est, rectè pro *Supervacuo* habetur; quamvis id non malè  
*alienum* dici possit; veluti si dixeris: *arma virumque cano: SPONDEO.*  
7. *l. quæ extrinsecus 65. pr. ff. de V. O.* Et denique, quod superest, (vel,  
ut Arithmetici & Mercatores loquuntur, detractis detrahendis restat,  
*Capella tr. de Caut. c. 121.*) Superfluum dicitur, ut in *l. 8. §. 21. ff. de*  
*transact. l. eos, qui, 26. C. de Usuris. l. sancimus. 34. pr. & §. 1. C. de Donat.*  
idemque est, quod *residuum* vel *reliquum*, ut in *l. Rescriptum. 6. ff. de his,*  
*quæ ut indig.*
8. In grammaticam vocis *Superflui* derivationem operosè indagan-  
dum non erit; cum & alia ejusdem significationis Vocabula Roma-  
na lingua prodat, ità ut ad unicum hoc non obstringamur: qualia  
9. sunt *abundans*, vel *redundans*, *Supervacuum* vel *supervacaneum*. Quamvis  
enim *abundantia* ubertatem tantum & copiam propriè denotet, ità ut  
magis sit Superfluum esse, quàm abundare, *Spigel. verb. abundare redunda-*  
*re* verò idem denotet, quòd *superfluere* in *l. sancimus. 34. §. 3. C. de Donat.*  
(licet & hoc aliam significationem admittat in *l. 3. §. 2. ff. de admin. & peric.*  
*tut.*)

tur.) Abundantis tamen vox ex *Papiniani & Ulpiani* Jctorum autoritate & frequentia eandem meretur significationem, ut in *l. 1. §. 3. ff. de her. inst. l. 9. pr. ff. de supellect. leg. l. 20. pr. ff. de manumiss. l. 12. §. 46. ff. de instruct. vel instrum. leg. & l. 94. ff. de R. I.* Sed ut plenius de *Superflui* natura, in quibus ea ut plurimum consistat, constet, pauca de illa, antequam ad jura ejusdem deducenda transeam, præmittere, non adeò abs re, aut injucundum erit; quippe illotis illicò manibus res aggredi serias, non ipsis arridet legibus. *per l. 1. ff. de Orig. jur.*

Consistunt autem *Superflua* potissimum Vel in VERBIS, vel FACTO, vel REBUS, ex quorum succinctò quodam examine origo etiam eorum aliquo qualiter emerget; Quæ quidem non nisi ex præsumtionum Verisimilitudine facile erui poterit; attamen, quia potissima cujusque Rei pars principium est, *d. l. 1. ff. de O. l.* non omnino citra imperfectionis maculam illam præterire possum.

I. Primo itaque loco de VERBORUM SUPERFLUITATE dicendum esse, cum ipsa ejus frequentia præcipiat; Primas illius Natales *Oratoribus ac Poëtis* cum pace ipsorum deberi puto. ORATORIBUS quidem, quia præcipua illorum facundia circa persuasiones occupata vel mille sæpius requirit verba, ad eundem scopum spectantia; adeò ut eadem, mutatis saltem verbis, haud rarò bis exprimantur, quod *πυτολογία* Grammatici nuncupant, vel dictionem *ἰσχυρισμὸς*, ut in *l. 1. §. 7. ff. de Ædil. Edict.* Exemplum aliud exhibet *§. 1. Inst. de Patr. Potest.* ubi idem sensus binis verbis exprimitur, quia proprium est, quod uni soli competit. *§. 1. Inst. de J. N. G. & C. & l. omnes populi 9. ff. de J. & J.* A quâ *Pleonasmus* in eo differt, quod vocis, ad sensum per se non necessariæ, efficax sit redundantia, ita ut vel singularis *Emphasis*, vel dubitationis tollendæ, vel declarationis gratiâ apponatur. Cæterum persuasiones *hyperbolice* magna extenuare, parva ad ipsa sydera extollere, quorum illud *ἀυξησις*, hoc *μείωσις* appellant, per sesquipedalia & redundantia verba non verentur. Cujusmodi persuasionibus primam generis humani genertricem à serpente seductam legimus in *Gen. c. 3. vers. 5.* ubi serpens in hæc fatalia erumpit verba: *Novit Deus, oculos vestros, quocunque die de illius arboris fructibus comederitis, apertum iri, & vos, sicut Deus est, futuros, & quid bonum, quid malum noturos esse;* Ecquis non deprehendit in hisce fallaces Verborum superfluitates; *Eritis, inquit, sicut DEUS;*

- ob quam insignem auxesin non poterant non illa verba: *quid bonum quid malum notari*: omitti, id enim Prædicatum Divinitatis apertè satis præsupponit. Neque infrequens adeò primis illis seculis fuisse, per verborum redundantias persuasiones exornare, & facundiam suam commendare, constat ex illis Kaini *Gen. c. 4. vers. 14.* & Lamechi verbis *d. Gen. c. 4. vers. 23.* POETIS [quorum verbifica licentia quid non molitur?] familiarius nihil est, quàm longas rerum circumscriptio-  
 20. ptiones excogitare; Verba, sensu eadem, vel decies repetere, iisque alia affabili quâdam gratiâ & longâ serie subornare, sibi laudi, quàm in elegantia quærunt, ducunt; imò parùm abest, quin curiosa illa ingenia ipsis quandoque literis abundare studeant, quale carminis genus *Paremaum*, cujus singulæ voces ab unâ eâdemque literâ inchoentur, appellare consueverunt; cujusmodi illud ad Valentinum quendam est.

*Virtutes Vivo, Vero Veneraberis Vsu,  
 Vi Veniente Voles, Vi Vehemente Vale,  
 Virtutum Verum & Vivum Veneraberis Vsum,  
 Vt Viridis Vadas, Vt Vegetusque Viis. &c.*

22. Aliis placet, quod tamen non nisi operosis Studiis licet, eundem omnino sensum Hebræo more iterùm legendum intorquere, quod Carminis genus *Cancrinum* audit, ex. gr.

*In germine Jesseri enim regni,  
 Tu es nata stella, pallet Satan, se ut  
 Videt erui è robore, jure te diu  
 Tabida una manu adibat.*

Aliud Exemplum annexum, est Nicol. Nomes. Par. Nass. Poët.

23. Communes illas Superfluitatum elegantias, & figuras, quibus Oratores & Poëtæ pro lubitu ludunt, enarrat *Andr. Alc. lib. 4. de Verb. signif.* quo brevitatis gratiâ me remitto; Ex quibus abunde apparebit, primas Verborum Superfluitates Oratorum ac Poëtarum studio & facundæ persuasioni adscribendas esse; quò magis enim Vulgus facundiam mirabatur, eò magis illa abundare gestiebat; Unde factum, ut apud politiores gentes magni ea semper fieret; inprimis verò apud Græcos, & Romanos; & quod miror, etiam Germanos, *Tacit. de Mor. Germ. C. II.* Rex, inquit, vel Princeps, prout etas cuique, prout Nobilitas, prout Decus bellorum, prout FACUNDIA est, audiuntur, auctori-



toritate suadendi magis, quàm jubendi potestate. Sulpitius, quod di- 25.  
 cendo efficere potuerit, vel ut prudentes errarent, vel ut boni minùs  
 benè sentirent, ab illo Oratorum Principe potius notatur, quàm,  
 laudatur. De Scipione, inquit idem Cicero, dicam libentius, quanta illi  
 fuerit gravitas, quanta in oratione Majestas, ut facile Ducem Populi Romani,  
 non Comitem diceres. Comitibus enim & Legatis æquiparantur Ora-  
 tores in l. lege julia. 7. ff. ad L. jul. de vi publ. jung. l. 2. §. 43. ff. de O. I. 26.  
 Denique ad illas Verborum Superfluitates spectat nimia illa Titu-  
 lorum abundantia, quibus quilibet in dubio abundare gestit; adeò  
 ut Mendicantes Pragæ se invicem quæsisisse, an istâ die Dominus largam  
 eleemosynam suscepisset: referat Limn. Tom. 2. jur. Public. lib. 4. c. 6. n. 72.  
 ubi & an maritus uxorem Dominam, & ignotum quis Dominum appellare 27.  
 possit disquirat, n. 65. & seqq. quib. add. quæ in utrâque part. addit. nota-  
 vit. Sed hoc loco quæstio erit, an tituli Superflui actum vitient?  
 ex. gr. si in aliquâ Administratoris Episcopatus concessione expri- 28.  
 matur abundanter: Hæc Talis Dux Archiepiscopus, &c. concessit.  
 Resp. Titulos illos abundantes stare demonstrativè, & propterea non  
 vitare, Card. Tusch. Lit. A. conel. 67. n. 4.

Consistit II, Superfluum in FACTO, vel Civili vel Morali, 29.  
 quando scil. quis plus facit quam tenebatur, aut debebat, ILLO casu  
 non facile reprobatur, arg. l. 21. vers. in omnibus. C. de Testam. nisi mo-  
 rale aliquod vitium subsit, Hoc verò consistit in factis ut plurimum 30.  
 vitiosis, quia est extremum quoddam, quod in facto non facile ad-  
 mittitur apud Ethicos; quibus solemne est, rectâ ad virtutem viâ in-  
 cedere; Jcti verò non quidem directò, sed reflexivè, ut itâ dicere li- 31  
 ceat, quatenus scil. per vitia aliquid contra æquum, bonum & justum  
 committitur, de Virtutibus fermè omnibus agunt. Bernh. Schotan.  
 Exam. ff. part. 2. pag. 4. proinde quoque Superfluo in factis homi-  
 num moralibus haud serenâ fronte connivent. Si enim Parsi- 32  
 moniæ & frugalitati Superflua accedat redundantia, degenerabunt  
 illæ in AVARITIAM, quæ vitiorum omnium genitrix audit. Nov. 8. in  
 præfat. circ. fin. l. 6 §. ult. ff. de offic. præsid. c. hinc etenim §. impetiginem. dist. 49  
 Luc. 12. vers. 15. 1. Cor. 5. vers. 3. 1. Tim. 6. vers. 10. Panorm. inc. avaritiæ. 10. n. 3. X.  
 de Præbend. legitimis feriendis. l. 33. pr. C. de inoff. Test. Liberalitas, 33  
 si in Superfluitate peccet, degenerat in PRODIGALITATEM l. 1. pr. ff. de Cu-  
 rat. furios. & perinde ac furor Curatellæ subjicitur, d. l. 1. pr. ff. de Curat.

34. *furios. l. Fulcinius. 7. §. 12. ff. quib. ex caus. in poss. eat. Magnif. Dn. Pres. Exam. jur. feud. cap. 5. quest. 24. Castigatio, si in SÆVITIAM degeneret, reprobatur; & quidem Domini in servum l. 1. §. fin. & l. 2. ff. de his qui sui vel al. jur. l. 1. §. 8. ff. de offic. prefect. urb. Patris in filium. l. fin. ff. si à parent. quis manumiss. Magistratus in Subditos l. 5. §. fin. & l. 6. ff. ad L. Aquil. mariti erga uxorem, c. literas. 13. in fin. X. de restit. spoliat. judicis in partem ream. l. 2. in fin. C. de Custod. reor. Socii in socium. l. 14. in fin. ff. pro socio. Domini in Vasallum., Giphon. tract. feud. c. 14. n. 31. caus. 6. Francisc. Jacobi c. 3. concl. 8. num. 23. AFFABILITAS commendat, & commendatur, in l. 7. pr. ff. de offic. Procons. & leg. si vero in Superfluitatem incidat, parit contemptum, & reprobatur in l. observandum. 19. pr. ff. de offic. Præsidi. Usuræ annuque Proventus admittuntur de jure Canonico, si pro interesse capiantur c. 2. & 3. X. de fidejuss. c. ea enim. 2. caus. 10. q. 2. Job. Meischner. lib. 1. Decis. Cam. 12. num. 173. & seqq. Covarruv. lib. 3. Var. resolut. c. 7. Natta Consil. 497. n. 10. & seqq. VVissenbach. dissert. 62. ad ff. th. 3. Capoll. de cautel. c. 73. in fin. & Civili l. 1. & tot. t. C. de Usuris & ff. eod. Zæsius ad d. tit. C. de Usuris quest. 2. Coler. in Process. exec. p. 1. c. 10. n. 40. 41. & seqq. P. Frid. de Mandat. lib. 2. c. 73. Superfluum vero ob restrictam ad QUINCUNCES taxationem reprobatur. arg. l. placuit. 29. ff. de Usuris. per Recess. Imp. de annis 1500. 1530. 1548. 1577. tit. von wucherlichen Contracten Recess. deput. de anno 1600. §. so viel nun diesem nach. & noviss. Recess. Ratib. de anno 1654. §. anreichend. Gylm. rer. jud. Cam. lib. 1. Decis. 5. n. 77. & seqq. Frid. Mnd. de Mand. lib. 2. c. 73. n. 12. Coler. d. l. n. 74. 82. & seq. Gaill. 2. obs. 5. n. 11. VVesenbet. Consil. 14 n. 96. & Consil. 50. n. 34. Carpz. p. 2. c. 3. d. 8. & c. 31. d. 1. & 3. quod tamen vix receptum in Germaniâ, dum plerisque in Locis Sex pro centū admitti cœpere: quod & in Ducatu Bremensi obtinere, probat B. D. Mey. p. 1. ad Constit. Brem. von wucherlich. Contracten. c. 6. n. 7. & 8. quamvis Germanis olim foenus agitare & in usuras extendere ignotum, ideoque magis servatum fuisse, quam si vetitum fuisset, laudet Tacitus de morib. Germ. c. 26. Interdicti quoque Regii de Usuris in Galliâ mentionem facit Brecheus ad l. 121. in fin. ff. de V. S. & P. Frider. d. loc. Diligentiam in officio quisque suo præstare tenetur l. 3. §. 5. ff. de jur. fisci. l. 3. C. de offic. prefect. prat. Or. jung. l. in compensationem. 8. ff. de compens. Ord. Summ. Trib. R. S. VVism. p. 1. tit. 3. §. 1. tit. 4. §. 3. Superflua verò DILIGENTIA*

TIA etiam reprobatur in l. 6. in fin. ff. de bon. Damn. & ibi Pac. Forner. ad l. 213. §. 2. verb. nimia. ff. de V. S. per l. 6. ff. de iur. & fact. ignor. & l. doli. 19. ff. de novat. Gothofr. ad l. 7. ff. de condit. iust. & interdum negligitur l. penult. §. ult. ff. de Legat. 2. Recreationibus connivetur. l. 13. §. fructuarius ff. de Usufr. & quemadm. at LUXURIA & VOLUPTATES (quas coërcendas probat Job. Hensler. de cur. subdit. extrinsec. concl. 38. & seqq.) quid inferant, multorum regnorum excidia, & fato suo Lydi testantur; quippe ea gens, industria quondam potens, & manu strenua, effeminata mollitie, LUXURIAQUE pristinam virtutem, adeo perdidit, ut, quos ante Cyrum invictos bella præstiterant, in LUXURIAM lapsos desidia superaverit. Justin. histor. lib. 1. c. 7. n. 12. 13. Eodem stratagemate Xerxes Babylonios, Aristodemus Cumanos, Sesostris Ægyptios domuit. Romanos plus adversus subjectos VOLUPTATIBUS, quam armis, valuisse Legatus Tencterorum Tacito lib. 4. hist. c. 64. Ferocissimus, Agrippinensium concilio non iniquè ex mandatis protulit; quippe Germani BIBACES admodum eidem Tacito de morib. Germ. c. 22. & 23. audiebant. Cibi, inquit, simplices, agrestia poma, (secundum diætam. c. ne tales. 29. dist. 5. de Consecr.) recens fera, ac lac concretum. Sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem; adversus sitim non eadem temperantia: si indulseris ebrietati, suggerendo quantum concupiscunt, haud minus facile vitis, quam armis vincentur. EBRIETATEM adeo fatalem esse Germanis, ut ne Imp. Carol. V. eam prohibere valuerit, putat Tob. Olhafen. de princip. jur. concl. 51. citans Chytr. in Chron Saxon. fol. 510. Aliàs tamen Tacitus plurimis in locis Germanos laudat, quod Superfluo haud facile luxui dediti fuerint. Veste, ait, eos non fluitante, sicut Sarmatas ac Parthos, sed strictà & singulos artus exprimente distingui. Tac. d. lib. de morib. Gem. c. 17. Solos Barbarorum singulis uxoribus contentos, d. l. c. 18. Virgines nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptos esse; d. l. c. 19. Sed de reconciliandis invicem inimicis & jungendis affinitatibus, & adsciscendis Principibus, de Pace denique ac Bello plerumque in Conviviis consultari, d. l. c. 22.

Cæterum, quæ circa facta civilia in jure nostro occurrant Superflua ex inferioribus plenius apparebunt. Siquidem & RERUM superfluitates in genere non nihil examinandæ restant, cum & exinde ipsius Superflui vocis origini non modicum accedere lumen videatur.

45. Sunt itaque Res vel CORPORALES vel INCORPORALES.  
 pr. Inst. de Reb. corp. & incorp. l. 1. §. 1. ff. de divis. rer. & qual. Paul. lib. 3.  
 sent. tit. 6. §. II.

46. Illæ oculis capi, & manu tangi possunt, Gloss. per Cicer. pr. Inst. de  
 reb. corp. VVesenb. ff. de rer. div. n. 4. & sunt vel SOLIDÆ, quæ ex cor-  
 pore quodam solido constant, & manibus semper tangi possunt, ut  
 homo, lapis, fundus, & aliæ res innumerabiles. d. l. 1 §. 1 ff. de divis. rer.  
 & qual. Superfluum in HOMINE natura prodit, vel quoad ANI-  
 MUM, vel quoad ipsum CORPUS, arg. l. 4 §. 4. ff. de Ædil. Ed. IL-  
 LUD potius ad res incorporales spectat, quia vero Status hominis est  
 indivisibilis Capoll. tract. de caut. c. 113. n. 3. nec animus à corpore, hoc

47. loco separabitur. Illustrat illud comparatione exemplorum egre-  
 48. giè Seneca Epist. 39. his verbis: *Magni animi est magna conte-  
 mnere, ac mediocria malle, quam nimia; illa enim utilia,  
 atque hæc, eò quod SUPERFLUUNT, nocent: sic segetem nimia  
 sternit ubertas; sic rami onere franguntur; sic ad maturita-  
 tem non pervenit nimia fecunditas; Idem animis quoque eve-  
 nit, quos immoderata felicitas rumpit, quæ non tantum in alio-  
 rum injuriam, sed etiam in suam utuntur.* Quoad CORPUS

49. verò, quoties plura, quàm ex ordine naturæ desiderantur membra,  
 in corpore humano deprehenduntur; Alciat. ad l. 135. ff. de V. S. §. 1. ut  
 si quis vel sex pluresve in utraq; manu digitos habeat; Gibbosi item  
 & Strumosi, Hermaphroditique prodigalem naturam passi sunt;  
 Quamvis inde Monstra dici nequeant, arg. l. 3. l. 4. pr. & l. 10. §. 2. ff.  
 de Ædilit. Ed. de monstris vid. Alciat. ad d. l. queret. 135. ff. de V. S.

50. quæ sub liberorum nomine non veniunt, nec liberorum in bonis pa-  
 rentum jure fruuntur. l. non sunt. 14. ff. de Stat. hom. Paulus lib. 4. sent.

51. tit. 9. §. 3. & 4. etiamsi matri ad jus trium liberorum consequen-  
 dum profint. VVesenb. ad tit. ff. de Stat. hom. n. 3. item ad evitandum  
 ex pœna L. Papiæ orbitatis damnum. VVissenbach & Fornerius ad d. l. que-  
 ret. 135. ff. de V. S. vid. Alciat. ad l. 129. ff. de V. S. verb. liberi. Hermaphro-

52. diti illius Sexus sunt, qui prævalet in ipsis, l. 10. ff. de Stat. hom. ita,  
 ut, si masculinus sexus prævaleat, ad successionem in feudo admit-  
 tantur, Magnif. Dn. Pras. in Exam. jur. Feud. cap. 13. quest. 19. acqui-  
 rere

rere verò feudum, non attentâ Sexus prærogativâ, possunt. *Vvesenb. ad d. t. de Stat. hom. n. 3. & Magn. Dn. Pres. in Exam. jur. Feud. cap. 6. num. 12.*

(2) Vel LIQUIDÆ, quæ ex corpore liquido constant, & potius oculis gustuque, quam manuum tactu capiuntur; ut aqua, vina, mella, &c. Cera item & metalla potentiâ, non semper actu, liquida sunt, Ab illis propriè suam originem per metaphoricam Oratoribus & Poëtis solemnem translationem SUPERFLUUM & ABUNDANS mutuatur, *Fluere* enim propriè rebus liquidis competit, à quo derivatur Superfluum, eò quod liquida, si nimiâ abundantia confluant, superfluant, vel abundant, *ut in l. 2. §. 8. ff. si quis caut. jud. fist.* idque vel naturali quadam redundantia, vel hominis Studio fieri videtur. NATURALI abundantia in tantum Nilus famosum Ægypti flumen, quotannis crescit, ut superfluendo circumfisos Ægypti agros inundet & fœcundet. *vid. l. 2. C. de Alluv. & Palud. & l. unic. pr. C. de Nili agger. non rump.* Pariter naturalem redundantiam Albis & Visurgis, flumina in Oceanum Germanicum se exonerantia, per fluxum refluxumque maris vicibus alternis patiuntur; quod an ex naturali quadam Lunæ operatione fiat, adhuc sub Physicorum judicio suspensum hæret. *vid. Kipping. Inst. Phys. lib. 4. c. 6. n. 9.* Illis annumerari posse aërem, dubium non est, tum quia aër corpus est, *Gloss. in fin. Inst. de corpor. Kipping. Inst. Phys. l. Reb. 4. c. 3. n. 1. contra Daneum, Timplerum & alios.* tum quia tenui quadam liquiditate diffluens facilè transituro cedit; perinde enim ut aqua Pisces transmittit, ita aër Volucris pervius est. *Kipping. d. l. n. 5.* Aëris redundantia magnam competere violentiam experientia domestica testis erit; imò multorum locorum excidium, quale in primis Tiberii Imperatoris memoria exhibet, id plenius demonstrabit; erumpit autem illa IV. potissimum modis. (1) si ingens terræ moles sursum propellatur, quod *παλμαίαν*: (2) si montes urbesque corruant, quod *χισμαίαν*: (3) si subita Voragine aliquod terræ spatium absorbeatur, quod *χασμαίαν*, cujus meminit *Ulp. in l. 47. §. fin. ff. de Legat.* (4) si mugitu quodam aër terræ viscera perfremat, quod *μυκητίαν* Gr. appellant. Ex HOMINIS verò STUDIO Superflua redundantia circa liquida obtinigit (1) vel simpliciter, tantam liquido liquidi abundantiam affunden-

53

54

55

56

57

58

59

60



- dendo, ut cum illa capi non possit, superfluere vel redundare cogatur: Veluti si duo æquè capacia vasa exonerare in alterum non magis capax velis; quod citra nimiam redundantiam fieri haud poterit; quamvis subtile curiosorum acumen id fieri posse hoc exemplo affirmare velit: si scil. Vas alterum tenuissimo cinere adimpleas, alterum æquè capax Spir. Vin. adimpletum in illud leviter exoneris; hîc enim non utrumque liquidâ, sed diversa materia, hoc penetrabili, illud capaci impletum. Vel (2) *artificiosa* quadam Methodo, ut si aqua per varias, reciproce se agentes, rotas tantâ copiâ in eam cogatur altitudinem, ut hîc lapsa & per canales digesta hinc inde redundans profiliat & erumpat; plurimisque civitatibus insignem præstet commoditatem. *de quib. vid. August. de Ramellis in Thesaur. art. Mechan.* Plura de Superfluitate ejusdemque jure circa res corporales inferius occurrent.
63. INCORPORALES sunt, quæ neque tangi, neque videri possunt. *l. 1. §. 1. ff. de divis. rer. & qual. §. 2. Inst. de reb. corp. & incorp.* Qualia sunt jura; circa quæ aliquot inferius dubia ventilabuntur.
64. Ulteriores enim Naturæ *Superflui* exprimendæ paginas indulgere vereor, cum non in Physicas ejusdem Proprietates, sed, quam vel in jure utilitatem præstet, vel rejectionem patiatur, brevi quadam disquisitione inquirendum erit. Interim tamen, ne iniquum CONTRARIA SUPERFLUI mihi supercilium obtrudant, non possum, quin & ea tangam, quamvis breviori calamo, quia contrariorum eadem fermè disciplina *arg. l. 1. pr. ff. de his qui sui vel al. pr. Instit. eod. & ibi Sneidewin. n. 3. & pr. Inst. de Tutel. ubi Gothofr. ad Sneidew. lit. a.*
66. Est verò in genere *Superfluo* contrarius omnis DEFECTUS, qui est, quando illud, quod necessario adesse debebat, deest; unde *deesse & superflui* reciprocam itidem contrarietatem arguunt; DEESSE autem hîc non prout id solum pro *non adesse* iudicio à Jctis capitur. *in l. 7. pr. ff. de restit. in integr. l. 55. pr. ff. de Evict. l. 13. pr. ff. de minor. & bis in l. 27. §. 1. ff. de liberal. caus.* sed in propriâ, quâ defectum denotat, significatione accipiendum.
67. Contingit DEFECTUS omnis vel circa SUBSTANTIAM vel circa ACCIDENS, circa SUBSTANTIAM, si proprio entis aliquid desit, idque vel substantiæ *corporeæ* vel *incorporeæ*, CORPOREÆ, COR.

eique, vel SOLIDÆ: Veluti si homo] Visibili quodam  
corporis vitiō contra naturam laboret in defectu. *arg. l. 7. ff. de* 68  
*Ædil. Edict. c. hinc etenim. dist. 49. Alciat. ad d. l. quæret. 135. ff. de V. S.*  
Huc & spectat, si vel visu, vel auditu, vel mente, &c. careat, 69  
*Treutler. Vol. 2. Diss. 10. th. 3. ob quæ inhabilis est ad officia Ecclesia-*  
*stica d. c. hinc etenim. dist. 49. Civilia. vid. Magnif. Dn. Præs. tract. de*  
*jur. Sens. ad cuius indicem brevitatis gratiâ provoco sub voce Magistratus &*  
*Feudalia in Exam. Feud. c. 6. quæst. 21. & c. 15. quæst. 15. & 28. Me-* 70.  
*morabile exemplum defectus in corpore humano in prælect. tam pri-*  
*vatis, quàm publicis tradidit Magnif. Dn. Præs. de partu aliquō, quem*  
*Dresdæ proximis lustris Sutori cuidam uxor enixa est, formâ ele-* 71  
*ganti, sed eō omninō destitutum membrō, quō sexus distingui de-*  
*bebat. [2] vel LIQUIDÆ, ubi interdum vacui interdum siccī nomi-*  
*ne defectus venit. Vacuum propriè non datur, siquidem aër per-* 72.  
*petuum Vacui supplementum est, secund. Aristot. Kipping. Inst. Phys.*  
*lib. 4. c. 3. n. 5. Norunt tamen hodierna curiosorum studia vitra-*  
*aliaque Vasa nusquam pervia ita evacuare, ut, quodcunque animal*  
*iis inclusum fuerit; aëre destitutum illicō concidat,*  
*INCORPOREÆ si naturaliter spectetur, non adeō facilè quid* 73.  
*contra naturam deesse dici poterit, utpote quæ nec videri, nec tan-*  
*gi, nec mente comprehendi potest, ut sunt: Spiritus & Angeli, &c.*  
*Si vero civiliter consideretur, potest utique in substantiam incorpo-* 74  
*ream, quæ consistit in jure Personarum & rerum l. 1. §. 1. ff. de divis.*  
*rer. defectus cadere; quia destituitur sæpè necessariis essentiis, quō*  
*ipso tamen corruat, necesse est: Exempla illustant rem. Si enim* 75  
*Lex publicâ autoritate & executione l. 7. ff. de LL. l. 9. C. eod. Consue-*  
*tudo ratione, tacitoque populi consensu, l. 2. C. quæ sit long. Cons. l. 35.*  
*ff. de LL. Gaill. 2 obs. 31. n. 1. Dominus servo Everh. in topic. loc. à corre-* 76.  
*lat. n. 2. §. 2. Inst. de jur. Pers. §. 1. Inst. de his, qui sui vel al. jur. Patria-* 77.  
*potestas aut naturâ aut adoptione. l. 3. & 4. ff. de his qui sui vel al. jur.*  
*& l. 1. pr. ff. de adopt. Sponsalia & nuptiæ consensu reciproco, l. 7.*  
*§. 1. ff. de sponsal. & l. 2. ff. de rit. nupt. matrimonium facultate ge-*  
*nerandi. Struv. in Jpr. lib. 1. tit. 7. §. 2. legitimatio subsequentiâ*  
*matrimonii aut rescripto Principis vel oblatione Curiæ, §. ult.* 78.  
*Inst. de nupt. Pupilli aut minoris obligatio consensu Tutoris aut*  
*Curatoris, l. 1. §. 2. ff. de pecun. Constit. Rerum Dominium titulo aut* 79.  
C præ-

- præscriptione, c. 1. de Præscript. in 6. Testamentum ultimâ testatoris voluntate, l. 1. ff. de Testam. l. 1. C. de Sacros. Eccl. l. 32. l. 68. §. antiqui si ff. de hered. Instit. Contractus bonâ fide, l. bona fides. 31. pr. ff. de depositi l. bonam.
79. 4. C. de obl. & act. Emtio pretio. l. 72. pr. ff. de Contr. emt. l. si Donatio- nis. 3. C. eod. l. Julianus. 13. §. 8. ff. de act. emt. & vend. Venditio tradi- ditione, §. 1. Instit. de emt. & Vend. l. 1. pr. ff. de act. emt. & Vend. & sic deinceps cætera jura principali substantiâ destituantur, obtinet
- 81) Vulgaris illa Regula: sublata caulâ tollitur effectus. arg. l. 1. C. de condict. ob caus. dat. l. 4. ff. de munerib. & honor. l. 5. §. 3. ff. de jur. immunit. Carpz. lib. 2. tit. 2. respons. Elect. 32. n. 24. Cardin. Tusch. Lit. C. conclus. 202. per tot.

82. ACCIDENTIA itidem non rarò suos patiuntur defectus, & qui- dem (1.) si in quantitate consistant, circa orationem emergunt. [1] Ellypsis, sive vocis ad sensum integrum necessariæ defectus, ut si cum Terent. dicas: Egone illam? quæ illum? quæ me? quæ non? id est: non ulciscar; recepit: exclusit; admisit; Item dictiones, quæ *κατ' ἐξοχήν* prædicatum pro subjecto exhibent, cujusmodi occur- runt in §. sed jus quidem. Inst. de I. N. G. & C. & ibi Wesenb. verb. subau- ditur. l. 2. §. 37. & §. 38. vers. Atilius. ff. de O. I. l. unic. C. de privileg. cor- porat. lib. 11. Alciat. lib. 4. de Verb. signif. §. Antinomasia. Ut & Figuræ
- 84 Poëticae, quales sunt: Aphæresis, quæ principio; syncopa, quæ me- dio; & Apocope, quæ fini verbi alicujus quicquam detrahit. vid. Alciat. d. lib. 4. de V. S. [2] Abbreviaturæ continentis ea quæ deficiunt, qualis præ aliis celebris est ETC., quam doctissimâ nuper dissertatione sub Magnif. eodem, quo hæc ventilatur, Præsidio in celebri hac Via- drinâ exhibuit Doctiss. Dn. Christoph. Seidelius. exempla sunt in l. Gallus. 29. §. 2. §. 12. §. 14. ff. de lib. & posthum. hered. Inst. l. pediculis. 32. §. La- beo. 6. ff. de aur. arg. & mund. vid. Keinking. de R. S. & Eccl. lib. 1. cl. 4. c. 15. n. 59. 60. Card. Tusch. lit. C. concl. 302. per tot. Item abbrevia- tiones illæ, quæ vel solâ initiali literâ positâ reliquas deficientes suppleant: ex. gr. S. P. Q. R. Item D. E. R. I. C. per quas olim in Se- natusconsultis exprimi solebant illa verba: De Eâ Re Ita Censue- runt, scil. Patres; quæ leguntur in l. 20. §. 6. ff. de petit. hered. & l. 2. §. 1. ff. ad S. Ct. Vehejan. Gell. lib. 4. c. 6. Item P. P. gloriosissimis Im- peratorum Nominibus subjici solitæ, ut in utraque l. C. de Consortib. ejusd.
- 86.



*ejusd. lit. & aliis innum.* Chineses adhuc hodiè abbreviatum adeò  
 voces exprimendi genus excolere dicuntur, ut vel levis notula in- 87.  
 tegram vocem designet, unde innumeros ferè typos sculpunt.  
 (3) Concinnum dicendi & scribendi genus, ut minus dicamus, plus 88.  
 intelligamus, ut in l. 1. §. 5. & seqq. ff. de hered. instit. l. errore 7. C. de  
 testam. quod Lyptoten vocat Alc. d. lib. 4. de V. S. cui ex Lycurgi In- 89.  
 stitutis inprimis Spartani incubuerunt, adeò ut superfluitatibus  
 omnibus sanctè abdicaverint, quod vel ex famosis apud Historicos  
 Philippo Regi datis responsis apparet, ità ut inde Grammatico-  
 rum Stylus Laconicus seu brevissimus originem traxisse videatur.  
 Huc pertinent & dictiones universales, quæ plura, non expressa, 90.  
 denotant, l. 9. §. 1. ff. quod met. caus. l. 9. pr. ff. de Supell. leg. l. 12.  
 §. 46. ff. de instruct. vel instrum. leg. ut & : omnis, quisque, cæteri, de-  
 inceps. ut l. 29. l. 47. §. 2. ff. de hered. instit. l. 8. §. 1. l. 36. pr. ff. de vulgar.  
 & pup. substit. l. 4. §. 1. ff. de Leg. 1. l. 195. §. 2. ff. de V. S. l. 68 pr. ff. de 91.  
 Leg. 3. l. 20. §. 11. ff. de hered. pet. Card. Tusch. Lit. C. concl. 296. per tot.

(II) Si in qualitate defectus consistant; circa hominis actus  
 oriuntur ex omittendo; scilicet, si ea omittantur, quæ, ut fiant, aut  
 recta ratio, aut jura præcipiunt; proinde omittendo perinde ac  
 committendo peccari posse probatur. Gaill. 2. de PP. c. 6. n. 1. 2. vid. 92.  
 l. 14. in fin. ff. de offic. Præsid. l. Chirographis. 57. pr. ff. de adm. & peric.  
 tut. Magnif. Dn. Præs. in Exam. jur. Feud. c. 23. q. 3. quo respectu  
 abstinentia nimia dicitur morositas in l. 6. §. 3. ff. de offic. Procons.  
 Eaque pro contrariorum superflui expositione breviter dicta 93.  
 sufficiant. Cæterum Superfluum in Jure Civili, si latius sumat-  
 tur, est, quod non est necessarium in quibusvis actibus l. pediculis. 32.  
 §. 6. ff. de aur. arg. & mund. leg. l. 15. l. 18. l. 31. C. de donat. l. 28 pr. C. de 94  
 Testam. l. unic. C. de Thesaur. Si strictius, est id, quod tacitè conti-  
 nebatur & expressione non indigebat, nihilominus vero expres-  
 sum. l. Cornelius. 69. ff. de hered. instit. & ibi Pacius. per Bart. l. verba  
 hæc. 12. ff. de condit. instit. utrumque aut nocet l. 77. ff. de R. I. l. non-  
 nunquam 51. ff. de condic. & demonstr. l. 195. ff. de R. I. Exemplo l. que  
 ita 65. ff. de Leg. 1. de quo infer. aut non nocet, l. testamentum. 17. C. de  
 Testament. l. 81. & l. 94. ff. de R. I. l. pediculis. 32. §. 6. ff. de Aur. arg. 95.  
 & mundo leg. unde ortum est JUS SUPERFLUI arg. l. 7. §. 10. ff.  
 de pactis. l. 8. §. 4. ff. mand. l. 49. §. nam inter offic. ff. famil. hercisc. l. 65.  
 §. 1.

- §. 1. ff. de Legat. 1.* Quod præsentî Dissertatiunculæ ansam præbuit. **JUS** vero eam ob causam dicitur, quia, quid circa illas superfluitates bonum, æquum & justum sit, disponit, *arg. l. 11. pr. ff. de j. & j.* Cum enim innumeris Causidicorum facundia superfluitatibus abundaret, non potuit fieri, quin expressis Imperator legibus certas longis inde resultantibus ambagibus metas poneret, extra quas vagari nemini liberum esset; eâ tamen copiâ datâ, ut idoneis, in dubiô verò superfluis, sibi quisque *Cautelis* prospiceret, ne callidis malitiosorum hominum fraudibus exponeretur, aut brevitati dicendi obligatus circumveniretur: unde & superfluitates hæ **CAUTELÆ ABUNDANTIS** nomine veniunt in *l. Testamentum 17. C. de testament.* **CAUTE**LA verò hîc non cautionem, quæ vel rebus vel personis fit. *per l. 188. §. 1 ff. de V. S.* quemadmodum accipitur
95. in *§. 5. Inst. de Attil. Tutor.* sed cautam aliquam providentiam, ne locus fraudibus reliquatur, denotat, *l. 28. C. Usuris. l. 3. pr. ff. de Transact. l. si mercedem 53. §. 1. ff. de act. emt. & vend. l. quo tutela. 73. §. ult. ff. de R. I. l. 6. ff. de serv. export.*
96. Ob quam enim causam tanta solemnitatum in Testamentis observanda frequentia introducta est, nisi ut omnigenæ præcaverentur fraudes? *§. sed hîc 4. Inst. de Testament. ordin. l. 29. in fin. C. de testam.*
97. In ipsis quidem legibus ferendis, quantum fieri potest, omnes omninò ambages & superfluitates præcidendæ sunt. *l. 2. §. 10. & 13. C. de Vet. jur. enucl. Cravett. Consil. 84. n. 12. Castrens. lib. 2. Consil. 164. in præsentî col. 2. vers. & si dicatur. l. ult. pr. C. de temp. in integr. l. ult. pr. C. deposit. l. unic. C. de his que pœn. nomin.* ita ut, si à contrariò sensu valeat argumentum, superfluum sit, utrumque exprimere, *l. jam dubitari 86. pr. ff. de hered. instit. Card. Tusch. lit. S. concl. 395. n. 1.*
98. *Alc. lib. 2. de verb. signif. circ. fin.* Veluti lex municipalis sanciens: *Non existentibus masculis, fœmine succedant;* excludit, illis existentibus, fœminas. *Alc. d. l.* Sic & lex mulieri, filios non habenti, de dote testari concedens, facit, ut, his existentibus, testari non possit, ne alioqui Superflua fieret. *per Anchar. Consil. 213. pro isto princ. Alciat. d. l.*
100. Ita si statutum prohibeat ne uxor testari sine consensu mariti queat, valebit testamentum uxoris cum consensu mariti factum, etiâ si maritus in eo institutus *Card. Tusch. lit. S. concl. 180. n. 4.* Sed cum
101. non in omnibus, præcipuè **Cod.** legibus argumentum à contrariò  
sume-

sumere liceat; non peccabitur, si etiam contrariæ consequentiæ quandoque exprimantur, *l. jam hoc jure. 4. §. 2. ff. de Vulg. & pup. Subst.* quod multis in locis legalibus factum est, ut inter alia *in rubr. Instit. & ff. de his qui sui vel alieni juris sunt, &c.* cum enim dubitationis tollendæ causâ inferantur, jus commune non lædunt, *l. 81. ff. de R. l.*

Denique generalibus Superflui jura axiomatibus includere, 102  
tentabo, verum id ex voto propter causarum diversitatem vix ac ne vix cedit; Sit tamen pro themate: SUPERFLUA SUNT RE-  
PROBATA. *l. unic. §. 2. C. de nov. Cod. fac. l. fin. C. qui admitt. ad bon. poss. l. ult. §. in refutatoris. C. de appellat. l. ult. C. de Donat. Riminald. l. 2. Consil. 113. n. 50.* Axioma generale: Quodcunque pro formâ certâ est introductum, illi nec addi nec detrahi quicquam contra substantiam debet *arg.*

*l. 1. §. si quis simpliciter. 3. ff. de V. O. l. constitutionibus. 24. ff. ad municip. l. cum hi. 8. §. si Prætor. 17. ff. de transact. l. 2. §. 21. C. de Vet. jur. enucl. c. auditis 29. & c. quia propter. 42. X. de Elect. & Elect. potest. Deuteron. c. 5. vers. 32. & c. 12. vers. 13. F. Pruckman. lib. 2. Consil. 18. n. 83. Ayrer. Process. hist. p. 1. c. 8. Obs. 3. n. 24. Roland. lib. 3. Consil. 72. n. 68.* 103

Ratio est, quia forma dat esse rei. *l. 7. pr. ff. de in integr. rest. l. 9. §. 2. ff. ad exhib. Brechæus. ad l. 13. §. 1. ff. de V. S. num. 2. Alc. & Forner. ibid. num. 3.* & proinde ad unguem observanda, *d. l. cum hi. 8. §. si prætor 17. ff. de transact. l. humanum. 8. C. de LL. d. l. 2. §. 19. & 21. C. de Vet. jur. enucl. Ayrer. in process. hist. p. 1. c. 8. obs. 3. n. 23. Afflict. Decis. 381. n. 2.* nec sufficit quidem semper, per æquipollens eam servasse, 104

*arg. l. 3. §. fin. junct. l. 4. & 5. l. qui per salutem. 33. ff. de jurejur. Gaill. 1. obs. 2. n. 7. Anton. Hering. de Fidej. c. 18. n. 130. Riminald. d. lib. 2. consil. 113. n. 51.* Minus enim legitimè fieri, & planè non fieri eadem sunt, *arg. l. 6. ff. qui satisd. cog. l. pactum. 3. C. de Collationibus. l. 5. C. de LL.* 105

Exemplum suppeditat PRIORICASUI Forum Saxonicum, in quo libellus saltem simplex admittitur, *Carpz. p. 1. Const. 2. Def. 1. adeò ut si certos quis articulos formaverit, iidem omninò rejiciantur, etiamsi pars adversa nihil opposuerit, per d. Nov. Constit. p. 1. tit. 2. Hier. Treutl. in prax. jud. c. 29. pag. 91. POSTERIORI casui exemplum exhibet Ord. Summ. Trib. R. S. VVism. p. 1. tit. 11. §. 10, ubi Ad-* 106

voca-

- vocati & Procuratores singulis libellis scriptisque producendis ad præscriptam inibi formulam sua nomina subsignare jubentur, ita, ut illa, neglectâ hâc, ex officio judicis utique rejiciantur; quod confirmatum est per ejusdem Summ. Reg. Trib. comm. Decretum sive Sctum. de anno 1662. d. XXII. Octobr. Quadrant hûc etiam Solemnitates
- 108 circa testamenti ordinationes observandæ, quarum si vel minima neglecta sit, testamentum annullatur, *l. si non speciali 9. & l. jubemus. in fin. C. de Testam. Tusch. concl. 330. l. S. n. 2.* alia exempla sunt: in *l. 1. §. 17. ff. de aq. quot. & estiv. c. 1. X. de Consecr. Eccl. vel alt. l. 8. §. 7. ff. de fidejuss. & mand. junct. Reg. 50. de R. I. in 6.* Quoties igitur aliquid contra naturam aut substantiam formæ accedit, licet inutile sit, quod adjectum, illa nihilominus vitiatur. *Roland. lib. 3. Consil. 72. n. 66. seqq. Gothofr. ad l. 17. C. de testam. Idem erit, si formæ aliquid contra naturam detrahatur. arg. l. 1. §. 2. ff. de pecun. constit. l. 1. ff. de jur. Codicill. l. ex imperfecto. 23. ff. de Legat. 3.*
- 109
- 110
111. Pro contrariô themate: SUPERFLUA NON NOCENT: *Paul. lib. 3. sent. tit. 4. §. 10. Fornerius ad l. 69. ff. de V. S. VVissenb. ad l. 94. ff. de R. I. §. ult.* fit Axioma generale: Quotiescunque cautela abundans adjecta est actui, vel contractui, & omnibus illis, quæ per se subsistunt; toties illa non vitiat ea, quibus adjecta est. *l. 17. C. de Testamentis. l. 81. & l. 94. ff. de R. I. l. penult. C. de Evict. l. pediculis. 32. §. 6. ff. de aur. & arg. leg. l. qui mutuam. 56. pr. ff. Mandati vel contr. l. quæ extrinsecus 65. ff. de V. O. l. 26. in fin. ff. de adim. vel transfer. leg. l. ult. C. de donat. Barth. Cepoll. tract. de caut. c. 1. in rubr. lit. a.* Ratio (1) quia ex illis, quæ supervacua sunt, nulla oritur obligatio, *l. 2. pr. ff. mandat. (2) quia utile per inutile non vitiatur Reg. 37. de R. I. in 6. l. 1. §. sed si. 5. ff. de V. O. l. 1. pr. ff. de Rei uxor. act. VVissenbach. ad l. 94. ff. de R. I. n. penult. qui enim actum aliquem gerit, in dubio præsumitur, potius velle, ut ille valeat, quam ut pereat, arg. l. quoties. 12. ff. de reb. dub. & l. quoties. 80. ff. de V. O. l. quoties. 67. ff. de R. I. Menoch. lib. 6. præf. 5. & 6. n. 1. Rosbach. proc. civ. tit. 72. n. 4. Mascard. de prob. Vol. 3. concl. 1177. num. 18. qui citat Cephal. consil. 216. num. 24. 25. Card. Tusch. Lit. A. concl. 135. n. 2.*
- 112.
- 113.
- 114
115. (3) quia quæ declarationis aut dubitationis tol-
- len-

lendæ causa abundant, nec vitiant scripturas, per d. l. 81. ff. de R. I. Barthol. Bertazol. tr. clausul. c. 4. gl. 3. n. 3. nec quoscunque vivorum actus civiles *VWissenbach. ad l. 94. ff. de R. I. num. 1.* & melius est Superflua adjicere, quam necessaria in dubio omittere. *d. l. testamentum. 17. C. de testam. Carpz. lib. 3. Resp. 81. n. 8. Vitalis de Camban. tract. Clausul. p. 4. n. 1.* Nam quod aliquo in casu locum habet, & quicquam operatur, id non propriè Superfluum est *Menoch. lib. 4. presunt. 40. n. 16.* Sic solemnitas non necessaria, minus solemniter vel vitiosè adjecta, non vitiat, *arg. l. 1. §. 5. ff. de V. oblig.* unde si libellus partim aptus, partim ineptus sit, propter ineptitudinem, partis totus non vitiat, *Rosbach. Process. Civ. tit. 33. n. 40.* & in Rescripto continente plures gratias, subreptio in uno non vitiat in aliis. *c. si eò tempore. de Rescript. in 6.* Idem obtinet si in sententiâ plures causæ sint expressæ, quarum, cæteris veris, una falsa est. *c. per tuas. 12. X. qui filii sint legitimi. Card. Tusch. concl. 67. num. 32.* Procedit hoc [1] in separabilibus & divisibilibus *d. c. si eo tempore. 9. de Rescr. in 6. & l. 1. §. Trebatius. 18. ff. de aq. quot. & est. l. sancimus. 34. pr. C. de donat.* itâ, ut utile per se subsistere possit, *per sup. allegat.* Secus est si loco necessarij requisiti sit appositum, tum enim tota dispositio vitiat. *Card. lit. A. Concl. 67. n. 36.* quemadmodum si allegata & expressa de iudice suspicio, quod de necessitate fieri non debebat, probari nequeat, vitiat, *Bald. lib. 1. Consil. 472. statuto. num. 5. in fin. ex quò Card. Tusch. d. Concl. 67. n. 40.* (2) Procedunt cautelæ abundantes in iis saltem, quæ suspicione carent; in contractibus enim suspectis augent suspensionem, *Tiber. Decian. lib. 3. conf. 32. n. 65. Menoch. Consil. 109. n. 35. Card. Tusch. d. concl. 67. n. 43. Mascard. de Prob. concl. 532. n. 103. Barth. Cepoll. d. tr. caut. 2. lit. b. & præsumitur dolus ubi nimia diligentia, Gothofr. ad l. 7. ff. de condit. Instit.*

116

117.

118.

119

Præmissis itaque generalibus transeo ad specialem de jure Superflui tractationem, non tamen de omnibus & singulis, id enim integrum desideraret volumen, sed de famosioribus saltem nonnullis casibus pro ingenii capacitate acturus, ita ut concinna horum tractatio ad prolixiora facili negotio extendi possit: Ubi enim eadem ratio, ibi eadem jura applicari possunt, *arg. l. à Titio. 108. pr. ff. de V. O. l. illud. 32. pr. ff. ad L. Aquil. l. 12. & 13. ff. de LL.* Id si felici calamo assecutus fuero, ero voti compos mei.

120

121.

CAP.

De

SUPERFLUO CIRCA JURA  
PERSONARUM.

## S U M M A R I A.

1. 2. Ratio Methodi. 3. cum Deo exordiendum. 4. an in Instrumen. abundet  
Nominis Divini invocatio. 5. digniora procedunt. 6. Nov. 47. sensus. 7. Imperator  
Nomen Divin. semper ferè præmisit. 8. item Dd. 9. Nom. Div. invocatio non superfl.  
10. absurdum est Principis 11. ergò & Divinum Nomen in instrum. omittitur. 12. hodiè  
necessaria est 13. LL. de iis, quæ communiter fiunt, feruntur. 14. Superfl. est impetrare,  
quod lege permissum, 15. nisi præjudicium tertii id exigat. 16. in Statutis Superfl. Ver-  
ba refecanda. 17. Verba aliquid operari debent. 18. quæ dubitationis tollendæ causa  
apposita, tolerantur. 19. Responsa Prudent. auctoritatem LL. obtinere. 20. item De-  
cisiones Suprem. Judic. 21. hodierna Responsa Academ. 22. judicialiter petita publi-  
cantur. 23. Volens coram non suo iudice litigare potest. 24. privatim petita non obli-  
gant iudicem. 25. una verior sententia plurib. falsi opinionib. anteferenda. 26. Su-  
perflua sunt, quæ non spectant ad causæ victoriam. 27. iudex quomodo iudicare debeat.  
28. duo Responsa habens absolvitur ab expensis. 29. nisi statutum aliud velit. 30. in  
Consuetud. Scribendis literæ abundant. 31. Consuetudines probantur librorum aper-  
tione, 32. & testibus. 33. Testes Superflue non interrogandi. 34. 35. Literæ non faciunt  
legem. 36. Consuetudines Feudorum. 37. & Marchicæ non sunt leges. 38. Transitio ad  
jura Personarum. 39. Nativitas probatur literis natalitiis. 40. post sponsalia natus in  
collegia recipitur. 41. per subseq. matrimonium legitimatus habetur pro legitime nato.  
42. quodnam testimonium natus sit. ipsi detur. 43. an succedat in feudo. 44. Super-  
fluum est contra Vandalicam Nativitat. excipere. 45. 46. quæ tacite insunt, superflue  
exprimuntur. 47. Servi coram Prætores manumittebantur 48. pro Tribunali non se-  
dente. 49. 50. abundat, proprium Servum cum libertate heredem instituere. 51. abun-  
dat servum proprium cum libertate Tutori dare. 52. Conditio inutilis 53. 54. & im-  
possibilis Superflue adjicitur 55. Emancipationis modi 56. Germanor. Vet. emancipa-  
tio. 57. hodie sunt Superfl. 58. in plurimis regnis. 59. Gallie consuetudo. 60. 61. cujus  
consensus in adoptione requiratur 62. quorum in feudis. 63. Parentum consensus in  
sponsal. requiritur. 64. an de jure Canon. 65. Conf. Parent. abundat in emancipatis  
& viduis. 66. Tutor & Cognatorum consensus abundat 67. Superfl. est per scripturam  
spondere. 68. Arrha non sunt de Substantiâ matrimonii. 69. abundant in Sponsalibus.  
70. per eas præsumuntur Sponsalia de presenti. 71. Superfl. adjectio pæna reprobatur.  
72. juramentum contra bonos mores non obligat. 73. Superfl. est conditio, quæ tacite  
inest, 74. quæ per se extitit, 75. quæ impossibilis 76. & turpis. 77. an ex die contra-  
bantur sponsalia. 78. Dispensatio abundans non nocet. 79. dos non secutis nuptiis non  
petitur. 80. Dotis nomine Maritus & uxor, tacitam habent hypothecam. 82. Dos mor-  
tua

tuâ filiâ ad patrem redit. 83. de pacto dotali, 84. unô remediô electô reliquis renunciatum videtur. 85. Maritus uxori agræ Medicum accersere debet. 86. Vidua per tempus luctus non nubat. 87. partum enixa nubere intra annum potest. 88. Vidua de jure Canon. intra annum nubit. 89. liberè Sponsalia contrahit. 90. Tutela quid? 91. Superfl. est tutores dare puberibus 92. Genus Masculinum continet fœmininum. 93. Superfl. est, Tutelam recipere, quæ excusari potest. 95. Superflua excusationes non vitiant. 96. Testamento Matris datus ante Decretum se non excusat. 97. Olim Testamentarius Tutor non satisdabat. 98. quod correctum. 99. abundat, ut Prator sub conditione satisfactionis Tutorem det. 100. inventarium consiciendum. 101. abundanti cautelâ omnia consignanda. 103. Claus. salvo jure non appositorum: abundat. 104. Tenor Istrumentorum exprimendus. 105. S. est, ut omnes Tutores administrent. 106. quibus casibus non teneantur reliqui satisdare. 107. honorarii gerentem arguere suspectum possunt. 108. Autoritas Tutorum quare necessaria. 109. S. est, infantem citare. 110. Superfl. est Tutoris Autoritas, si Pupillus lucretur, 111. si liberetur. 112. Et si quid actum in favorem pupilli. 113. Tutor non potest alienare bona Pupilli, 114. nisi consumtabilia, 115. à patre alienari concessa, 116. communia cum aliis ad divisionem provocantibus, 117. Et ob rem judicatam. 118. Subhastatio quò locò fieri debeat. 119. Ecclesie res alienari nequeunt, 120. nisi ob legitimas causas, Et certò modò, 121. Notarii assertio non probat necessitatem alienandi 122. Tutor finitâ Tutelâ rationes reddit, 123. de jure Saxon. quotannis, 124. ut Magistratus de jure Civil.

**E**Xpositis iis, quæ ad naturam Superflui exprimendam facere visa sunt, subjeci unum alterumque axioma generale, ne eadem sæpe nimis reiterata applicare cogerer. Verum quo ordine, quâve Methodo de speciali Superflui jure agerem, consulenti Magnif. Dn. Præses eam imprimis Methodum, quam Imperatoria Majestas in proponendis juris Civilis elementis præmonstrasset, seriò commendavit; quippe quæ non minùs utilis, quam jucunda sit. Debitum hisce monitis obsequium præstare, & varias juris quæstiones hinc inde de luculentâ hâc materiâ sparsas coadunare, easdem pro ingenii capacitate examinare, & juxta commendatam Institutionum Methodum digerere, hic labor, hoc studium erit meum. Perperam enim effuseque posita, si ad competentem perveniant ordinem, & bellè disponantur, aliæ propemodum res apparent, speciosæ pro turpibus, ornatae pro incultis, articulatae distinctaque pro incompositis prius & confusis; si citra vitium ex Nov. 31. pr. hæc mutuare liceat. Id igitur quo faciliori operâ assequi liceat, dictam Gloriosissimi Imperatoris manuuctionem, divini verò Numinis gratiam & directorium desidero; Huic, ut operarum,

D

omnium,

omnium, itâ & harum meritô exordium debeo, juxta *c. non observe-  
tis*, 16. *caus.* 25. q. 7. 1. *Corinth.* 10. v. 31. & *c. cum Paulus*, 26. *caus.* 1 q. 1.  
1. *Corinth.* 3. v. 11. si enim Principium fiat decens & amabile Deo,  
benè universa & competenter geruntur, *Nov.* 6 *pr.*

- 4 Unde Dd. circa primam Institutionum frontem communiter  
controvertunt, an in Instrumentis aliisque actis publicis necessaria  
sit Hominis Divini præpositio? Negant communi voto, id adeò  
necessarium esse, ut non appositum vitiet Instrumentum. *per allegat.*  
*Sneidew. ad Rubr. Inst. n. 1.* eo inter alia argumento: quod dignio-  
ra semper præcedant. *Gloss. §. ult. verb. personæ. Inst. de jur. nat. Gent.*  
5 & *Civil. Joh. Nolden. de Stat. nobil. Civil. cap. 10. §. 1.* Nomen autem  
Divinum dignius esse Imperatoris, *Actor. 4. v. 12.* Proinde illud ne-  
cessariò præcedere debere; sed hoc non fieri, nomenque Impera-  
toris primum in Instrumentis esse, probare volunt ex *Nov. 47. c. 1.*  
6 Verum illud argumentum concedi citra dubium potest, cui non  
obstat *alleg. Nov. 47. c. 1.* quia hæc non in specie de omnibus sole-  
mnibus in Instrumento observandis, sed tantum de perfectiori tem-  
porum designatione agit, *quod constat ex d. Nov. præfat. vers. ut ex  
majoribus. & vers. fin.* quæ ex nomine Divino colligi non potest.  
7 Proinde hæc *Novell.* nullam quoque nominis Divini mentionem fa-  
cit, sed tantum in genere reliquarum observationum interpositio-  
nem urget, quibus tamen & invocationem Numinis Divini adnu-  
merandam esse, vel exinde patet; quod ipsemet Imperator toties  
fermè Nominis Divini expressionem suo & devictarum Provincia-  
rum nomini præposuerit, quoties magni quicquam significare  
voluit. *ut d. præm. Instit.* (quod Haloander & quidam alii sine cau-  
sâ sustulerunt. *Gloss. rubr. præfat. Instit. lit. a. in addit.) pr. de concept. ff.*  
*incip. Deo autore. Rescript. de confirm. ff. incip. tanta circa nos. & quod  
incip. Dedit nobis Deus. Item de nov. Cod. fac. incip. Hæc quæ necessariò. l. 1.*  
2. 3. *C. de Vet. jur. Enucl. ubi l. 2. pr. Nos, inquit, MORE SOLITO ad im-  
mortalitatis præsidium respeximus, & summo NUMINE INVOCATO,  
Deum autorem & totius operis Præsulem fieri optavimus, Nov. 85.  
pr. Itidem in l. 1. & 2. C. de offic. præfekt. prætor. Afr. & multis similib.*  
8 Quod imitati Dd. Baldus, Menochius, Rovitius & alii omnib9 suis Consi-  
liis Nomen Domini piè præmiserunt, quod ex solò saltem eorum in-  
9 tuitu apparebit, Cæterù si non esset necessaria nominis Divini invo-  
ca-



catio in actibus & actis celebrandis, in instrumentis conficiendis, &c. esset sanè superflua; quæ enim non necessario adsunt, si adsint, sunt Superflua, *ut supr.* Quis autem facilè dixerit, invocationem nominis Divini esse Superfluam, nisi qui negaverit, Christianos ad pietatem obligari; Et denique si absurdum est Principis Nomen in Instrumentis omittere. *Nov. 47. pref. in fin.* quod ne à Moscovitis quidem ab ipsis incunabilis negligi laudant historiæ; multò absurdus est: Christianos non teneri, eundem Deo & Redemptori suo honorem & majestatem tribuere: quamvis id fateri cogar, quod de jure Civili nullam expressam hâc de re sanctionem, nisi quæ *ex alleg. text. & similib.* colligitur,prehenderim; Verum quid opus erat, expressâ illius declaratione, quod tantâ autoritate probatum erat, ut non necesse fuerit, scripto comprehendi. *per l. 36. ff. de LL.* Hodie tamen illa disputatio sublata est per *Constit. Maximil. Imp. in Comit. Colon. de Anno 1512. S. Und nach dem. Verf. Nemlich / daß im Anfang / nach Anrufung des Göttlichen Namens / von dem alle Gutthat kömmt / die Jahr: Zahl unsers Heyls / Römisch Zins: Zahl / indictio genant, &c. & non amplius Voluntatis sed Necessitatis est. VVesemb. ff. de fid. Instr. n. 5. & ibi Hahn. verb. sunt & solemnes.*

Præmittit porrò commendata Institutionum methodus juri Personarum generalem juris divisionem in Naturale Gentium & Civile; Hoc vel scriptum vel non scriptum est; Ad scriptum inter alia referuntur Leges, Statuta & Responsa Prudentum. Leges, ne Superflua sint, de iis saltem casibus, qui communiter, non qui rarò, contingunt, feruntur. *l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. l. 8. l. 10. l. 12. ff. de LL. l. antiqui 3. vers. quid ergo. ff. si pars hered. pet. l. humanum. 8. C. de LL.* Unde quæritur, num & ea, quæ legibus indubiis disponuntur, sint precibus impetranda? Superfluum esse, hoc precibus postulare quod lege jam permissum est, vult *text. in l. unic. C. de Thesaur. lib. 10. l. quæ sub conditione. 8. §. fin. ff. de condic. instit. Gloss §. pretere à 6. Inst. quib. mod. jus pot. solv. verb. ex imperiali. in addit.* Ut, cum unicuique liceat Thelautos sine sceleratis sacrificiis in suis locis quærere, & inventis uti, Superfluum sit, precibus quærendi licentiam impetrare, *d. l. unic. C. de Thesaur.* Attamen quoties interesse aut præjudicium al-

terius intercedit; *l. de unoquoque 47. pr. ff. de rejudic. l. nam ita Divus. 39. ff. de Adopt. toties quis vel ad faciendum & patiendum, quod lege tenetur, vel ad omittendum, quod lege prohibetur judiciali, non propriâ autoritate compelli debet. VVissenbach. ad l. non est singulis. 176 ff. de R. I. num. 2.*

- 16 In statutis omnem Dd, Verborum superfluitatem rescandam putant, *arg. l. 1. ff. quod met. caus. Paris. Vol. 2. consil. 66. n. 9. seqq. Rol. à Valle Vol. 3. Consil. 62. n. 35. Achill. Person. tract. de Process. bon. num. 563. §. & ad quid. unde semper verba improprianda Paris. Vol. 1. Vol. 1. consil. 49. n. 34. & d. Vol. 2. consil. 66. n. 10. Cravett. lib. 1. Consil. 20. n. 9. & Consil. 135. n. 24. & lib. 2. consil. 297. n. 4. Rol. à Vall. lib. 3. consil. 61. n. 16. seqq. & Consil. 62. n. 31. & seqq.* Et interpretationes itâ instituendas esse jubent, ut & evitetur Superfluum & verba quicquam operentur, *arg. l. si quando 109. ff. de Legat. 1. Gloss. sing. in l. 1. verb. quod metus causa, ff. quod met. caus. imò ne syllabam Superfluam admittit Bald. in Rubr. C. de contr. Emt. q. 9. Card. Tusch. lit. S. concl. 895 n. 9. Riminald. lib. 1. consil. 59. n. 11. & lib. 5. consil. 563. n. 52. Barthol. Bertazol. in repet. ad l. Si quis major. C. de transact. n. 247. Quoties tamen aut dubitationis tollendæ *l. quæ dubitationis. 81. ff. de R. I. Cravett. consil. 25. in fin. n. 31. & consil. 70. n. 29. & seq. Barthol. Bertazol. tract. claus. c. 34. gl. 2. n. 2. aut majoris declarationis gratiâ quandoque vel geminata vel idem importantia verba ponuntur l. jam dubitari. 86. §. 1. ff. de hered. instit. Camill. Gallin. de Verb. Signif. lib. 10. c. 23. n. 30. Barthol. Bertazol. tract. Claus. c. 4. gl. 3. n. 3. in fin. ut evitetur sophistica & malitiosa interpretatio Felin. in c. venerabili. n. 1. notab. 2. de offic. deleg. Jason. in l. eum qui §. Te & Titium. n. 4. vers. sed advertite. ff. de Verb. Obl. toties non alteratur dispositio, nisi inducatur diversitas facti, Card. Tusch. lit. S. concl. 895. n. 48. & potius toleratur superfluitas, quàm quod statuentes voluerint aliquid illiciti & non permissum statuere Riminald. lib. 5. Consil. 588. n. 10. & seq. & Consil. 109. n. 85.**
- 17
- 18
19. *109. n. 85.*  
 Responsa Prudentum tantam quidem olim autoritatem obtinebant, ut non facile Prætori aut judici ab iis recedere liceret, *§. Responsa 8. Instit. de I. N. G. & C. Schotan. ad ff. de resp. prud. quest. 1. posteaque legis autoritatem à Theodosio Imperatore obtinuerunt, l. 1. C. Theod. lib. 1. tit. 4. de resp. prud. confirmatam à Justiniano Imp. in l. 1. §. sed neque 6. vers. ut omnes, qui. C. de Vet. jur. Enucl. Giphon,*

phan. ad d. §. responsa. in fin. cum quibus comparari possunt DECISIONES Rotæ, Gratiopolitanæ, cæterorumque Gallic. Parliamentorum (vulgò *arresta*) Neapolitanæ, Cameræ Imperialis, &c, quæ intra territorium, in quo pronunciatae, quasi pro lege receptæ sunt, Matth. de Afflict. Decis. 169. n. 9. Guid. Pap. Decis. 50. in fin. Menoch. Consil. 53. n. 28. Treutl. Vol. 1. disp. 1. th. 7. lit. d. Vant. de Nullit. ex def. jurid. judic. deleg. n. 20. Idemque dicendum erit de Magnif. Dn. Mey. Decisionibus S. Reg. Trib. Suec. *VVism.* à quibus si causa in terminis iisdem ibi decidenda occurrat, non facile receditur, per l. 38 ff. de LL. Sed si hodierna Jctorum Academicorum Responfa consideres, quæ ad Consultationem, auff Rechts. Beleh- rung und Frage dantur; Ea [1] vel judiciali autoritate, vel ex com- promisso petuntur; Illa judex approbare & publica facere solet; quod tamen non in omnibus judiciis obtinet, vid. Ord. S. Trib. Reg. Suec. *VVism.* p. 2. tit. 38. §. ult. hæc quibuslibet consentientibus pe- tere licet; Volentes enim alterius etiam inferioris notioni se sub- jicere, l. 1. ff. de judic. l. 14. ff. de jurid. l. 1. C. eod. l. 28. ff. ad municip. coram non suo judice litigare possunt, Gylm. Sympb. tom. 5. relat. 9. n. 2. fol. 28. Fachin. Vol 1. consil. 55. n. 20. (2) vel ad alterius partis petitionem dantur, & potius informant petentem, quàm quod ju- dicem obligent, itâ ut is pro arbitrio ab iis recedere possit; arg. l. 13. C. de Sent. & Interlocut. nisi quatenus justa & rationi æqua visa fuerint c. ego. 5. dist. 9. Si enim plura Jctorum responsa id velint, quod aut leges prohibent, aut naturali æquitati contrarium est, unius judicis sententia verior pluribus congruentibus opinionibus est anteferenda, l. 1. §. 6. C. de Vet. jur. Enucl. nec attendendum, quis, vel quot dicant, sed quid dicatur. c. secundum. Vers. adeò autem, dist. 19. quidve probetur, Bart. in l. non solum. §. liberationis. num. 14. de lib. leg. cum hodierna Jctorum Autoritas sit probabilis tantum, non necessaria Georg. Schulz. ad Inst. de I. N. G. & C. lit. c. unde pa- tet, Supervacuum esse cautelam magnis sumtibus sibi plurium Do- ctorum Responfa comparare. arg. l. 2. §. 13. C. de Vet. jur. Enucl. quia, quæ ad causæ Victoriæ non faciunt, Superflua sunt, Ord. S. Trib. Reg. Suec. *VVism.* p. 2. tit. 19. §. 4. Rosbach. Process. Civ. tit. 54. num. 9 & 10. nec autoritatem Jctorum judex, sed leges, d. l. 13. C. de sent. & interloc. l. 11. & 14. C. de judic. pr. Inst. de offic. jud. Nov. 86. c. 1. & 3.

Nov

- Nov. 82. c. 13. c. summoperè. ii. quest. 3. c. judicet. 3. q. 7. vel locorum consuetudines d. pr. Inst. de offic. jud. Auth. jubemus C. de judic. vel æquum & bonum sequi tenetur, l. 4. ff. de eo quod cert. loc. l. 8. C. de judic. l. in omnibus. 90. ff. de R. I. In tantum autem cautela hæc abundans non nocet, ut qui pro se impetraverit duorum, vel trium approbatorum Jctorum Responsa sigillata & subscripta, censeatur legitimam litigandi causam habuisse. Bald. in l. juris. C. qui admitt. ad bon. possess. poss. n. 4. Gaill. i. obs. 152. n. 6. Ita ut, licet causâ cadat, in expensas non possit condemnari. arg. l. eum quem. 79. ff. de judic. Zoes. ad tit. C. de fructib. & litium expens. lit. c. n. 2. Rosb. prax. civ. tit. de expens. 78. n. 15. 16. quia non adeò peccat, qui credit iis, quos superiorum autoritas peritos rerum enunciat. arg. l. 12. ff. de Stat. homin. Schot. ad ff. de Resp. prud. quest. 2. aliud tamen obtinet ex Ord. S. Reg. Trib. Suec. VVismar. p. 2. tit. 39. §. 3. ubi per solum Jctorum Responsum, nisi alia legitima causa adsit, pars victa ne à pœnâ quidem temerè litigantium, multò minus ab expensis, absolvitur.
30. In consuetudinibus scribendis literæ tantum cautelæ abundantes sunt; per l. 36. ff. de LL. ne scil. eæ oblivioni tradantur, Sneider. ad §. 9. Inst. de I. N. G. & C. num. 8. & quò inspicì possit, quid retrò in ejusmodi casibus observatum & judicatum fuerit, l. 37. l. 38. ff. de LL. de quib. latius videatur Bartol. ad l. de quibus 32. ff. de LL. n. 7. & 8. Jason. n. 36. & Dd. ibid. Petr. Ravenn. tract. de consuet. ubi tradit, consuetudinem eo casu probari posse solâ librorum apertione c. cum causam. 13. X. de probat. Bartol. d. l. de quibus 32. ff. de LL. & l. 2. C. quæ sit long. consuet. cum alias, nisi generalis & notoria sit Gaill. i. O. 36. n. 6. probanda testibus, Bart. in d. l. 2. C. quæ sit long. Consuet. de ejus requisitis cum ratione scientiæ deponentibus, Gaill. 2. obs. 31. n. 15. Si tamen ex dictis per testem deprehendatur, ipsum id, de quo deposuit, intelligere, non opus erit, ut id denuò interrogatus declaret; Superfluis enim eò casu uti non debemus, arg. l. hæc stipulatio. §. divus. ff. ut legat. nomine cav. Mascard. de prob. Vol. 1. concl. 430. n. 9. Idem de Famâ asserit, si ea per testes probeatur, Mascard. de prob. Vol. 2. conclus. 750. n. 36. Id tamen scriptura in consuetudine operari non potest, ut hæc literis expressa mutetur in Legem; quia nullibi jus Civile infert, quod consuetudo scribi non possit arg. l. 4. §. 15. & l. 7. pr. ff. de offic. Procons. & Leg. sed quod

quod scribi non sit necesse; *l. 36. ff. de LL.* neque essentialis Legis & consuetudinis differentia literis, sed sanctione dignoscitur, quia literæ non faciunt legem, per ea quæ tradit *Ungepaar. Exerc. Just. 2. quest. 6. in Neg. Gaill. 2. O. 31. n. 10. Schot. ad tit. de j. N. G. & C. quest. 13. & Nath. Cleric. in addit. ad eund. pag. 29.* Consuetudines enim Feudorum, quamvis scriptæ sint, non exuunt naturam consuetudinis, *Magnif. Dn. Pras. in Exam. jur. Feud. c. 1. q. 10.* Ubi distinguit inter scripturam, publicâ autoritate factam, quæ legalem autoritatem consuetudini tribuat, si de tali Principis intentione constet; & scripturam, quæ privatô tantum Studio memoriæ causa exarata, quæ non obliget, ut Lex, sed ex recepto tantum. *Magnif. Dn. Pras. d. l. quest. 13.* Idem quoq; dicendum erit de consuetudinibus Marchiacis, quas literis mandavit *Joach. Schepliz.* quia expressâ Principis Voluntate Legis autoritatem ipsis tribuente destituuntur, quod patet ex *textu privilegii ipsis præfixi.*

Jam de *Superfluo*, quæ circa JURA PERSONARUM se offerant, agendum sequitur; ubi primariô Imperator omnes homines in liberos & servos dividit. *pr. Inst. de jur. Person. l. 3. ff. de Stat. hom.* Liberi aut nascuntur, ut ingenui; *pr. Inst. de Ingen.* aut fiunt, ut beneficio manumissionis Libertini, *pr. Inst. de Libert.* Illi ingenuam & legitimam Nativitatem probare solent per literas natalitias. *VVehner. obs. pract. sub Voc. Mann-Recht. & Speidel. sub Voc. Geburts-Brieff.* in quibus (1) Supervacuum est exprimere, quod legitimo quis tempore post celebratas nuptias, & illa, quæ vulgò adhiberi solent, solemnia, als zu Kirchen-und Strassen gehen/ &c. de mum procreatus sit; quia sufficit, aliquem post contracta Sponsalia natum esse, ut legitimus sit, & testimonio natalitio, collegiorumque receptione dignus dicatur. *Hahn. ad VVesenb. ff. de his qui sui vel al. n. 3. verb. per subseq.* non enim extra, sed in matrimonio natus est. *Dn. Linke Diss. de Lit. natal. c. 3. §. 7.* quia sponitalia, simulac concubitus accesserit, transeunt in matrimonium. *Castrens. lib. 2. Consil. 155. in causâ quæ vertitur. in pr. Panorm. in c. per tuas. n. 4. X. de Condit. apposit.* [2] Si quis tam extra sponitalia, quam ipsum matrimonium natus per subsequens matrimonium legitimitur; ita legitimatus verè ejusdem conditionis existit, cuius est legitime natus, *per c. conquestus. 1. & c. tanta. 6. X. qui fil. sint legit. Gaill. 2.*

42. O. 141. n. 1. seq. Proinde ejusmodi legitimationem in literis natalitiis exprimere Superfluum foret; quia eos ex ullo collegio excludere nefas. B. Dn. Mev. ad jus Lub. p. 4. tit. 13. artic. 3. n. 40. Hahn. ad Wesenb. d. l. ita ut consuetam hanc formulam: **Daß sie von ehrliehen/ frommen Eltern/ auß einem rechten ehelichen/ unbesflechten/ ungetadelten Ehe-Bette herkommen und geböhren.** ipsis tribuat Dn. Linke cit. loc. §. 6. per Carpz. Jpr. Eccles. lib. 2. def. 237. an verò ejusmodi legitimationi locus sit in successione feudali?
43. Negare videtur Hahn. ad Wesenb. d. loc. sed affirmat Magnif. Dn. Praeses in Exam. jur. Feud. c. 15. q. 35. idque procedere, vult, etiamsi feudum sit concessum pro se, & liberis legitime natis, per Scrad. de Feud. p. 7. c. 5. n. 21. (3) Instrumentis publicis ad fidem de Natalibus faciendam hæc verba inseri consuevère: **Daß N. Teutscher / und nicht Wendischer Geburt und Herkommens sey.** &c. Cyriac. Herdesian. in Colleg. Publ. de Pæn. disp. 2. quæst. 6. quæ consuetudo an rationi satis conformis sit, meum hoc loco non erit disquirere; id certum est, quod Superflua sit; (a) cum enim Germana natiuitas expressa sit, quid proderit, denuò expressè contra Vandalicam excipere; quæ enim tacitè insunt superfluè exprimuntur, arg. l. Cornelius. 69. ff. de hered. instit. l. 4. ff. de Pact. Præcipuè in attestacionibus & Instrumentis, ubi quodvis verbum operari regulariter aliquid debet. Card. Tusch. lit. 5. concl. 895. n. 17. Card. Mantica. de Conject. Ult. Volunt. lib. tit. 6. n. 1 (b) si ortus Vandalicus pro inhonesto reputetur (quod tamen non approbo) Superfluitas ex præmissis resultabit, quod N. N. natus sit ex Parentibus piis & honestis, quæ inepta foret ex l. jam dubitari 86. pr. ff. de hered. instit. cum verba, ut Superfluitas evitetur, etiam à contrario sensu interpretari liceat. Card. Tusch. lit. 5. concl. 895. num. 1.
47. Servi multis modis manumittuntur. §. multis autem. Inst. de Libertin. & ibi Gloss. ut inter alios coram Prætore, & per testamentum: (1) Illa videbatur fieri debere coram Prætore pro Tribunali sedente; quemadmodum regulariter Prætores & judices cognoscebant. l. utile tempus. 2. §. 1. ff. quis ord. in Possess. serv. l. 1. C. de offic. Civil. jud. Nov. 71. c. 1. Nov. 82. c. 3. c. disciplina. 9. in fin. dist. 45. c. paratus. 2. vers. sedes judicare. caus. 23. q. 1. Verum cum libertas omnibus rebus
- 48.

ebus favorabilior *l. libertas. 122. ff. de R. I.* & manumissio voluntaria jurisdictionis sit; superflua erit cautela, coram Prætoro pro Tribunali sedente manumittere, *l. 7. pr. ff. de manumiss. vind. §. servi vero. Inst. de Libertin.* (2) Pariter in testamento, si Dominus solvendo non sit, Servum expressè cum libertate hæredem instituere, Cautela est abundans, *§. idemque juris. Inst. quib. ex caus. manum. non lic. l. sed si. 6. ff. de hæred. instit. l. ex parte. 58. ff. de acquir. vel omitt. hæred.* quia eam à semetipsò ità consequitur, ut nec Codicillis adimi possit, *per d. l. sed si. 6. ff. de hæred. instit.* (3) quid verò si Dominus solvendo sit, & servus ex parte hæres sine libertate instituatur? & hoc casu, ut abundans, omissa libertatis donatio non obstat, quin eã Servus consequatur, *l. quidam. 5. & l. ult. C. de necess. serv. hæred. instit. §. 1. Instit. de hæred. instit.* (4) Perinde superfluum est, ut Servus Tutor filiis testamento datus, expressè simul liber pronuncietur. *d. l. quidam. 5. C. de necess. serv. hæred. instit. l. in servili. 7. C. qui dar. tut. poss.* (5) Præterea Superflua adjectio conditionis inutilis non impedit libertatem; ut Servus jussus: *reddit à ratione ad libertatem pervenire*, licet nullam administraverit rationem, nihilominus liber erit. *l. libertate. 26. §. 1. ff. de Statulib. & l. Thais, 41. §. Spendophorus. 16. ff. de fideicom. libert.* Nec obstat: *l. si. quis. 12. pr. ff. de manumiss. testam.* quia impossibile est, rationes reddere, quas non administratas esse constat; Impossibilis autem conditio in institutionibus & legatis, in fideicommissis & libertatibus, &c. pro Superfluâ & non adjectâ habetur. *§. 10. Inst. de hæred. instit.* imò de jure conditio illa impleta censetur, si per eum, quem obligabat, non stetit, quò minus impleretur, sed potius per illum, in cujus personâ adimplenda, *l. hæc Venditio. 7. pr. ff. de contr. Emt. l. jure Civili. 24. ff. de condit. & demonstr. l. ult. vers. sin autem. C. de necess. serv. hæred. instit. l. 23. in fin. ff. de Condit. instit. l. 55. pr. ff. de manum. test.*

Ingenui item non semper sui, sed & alieni juris sunt. *pr. Inst. de his qui sui vel al. jur. l. 3. & 4. ff. eod.* hi potestati Parentum subiecti variis modis emancipandi sui juris fiebant. (1) per antiquam legis XII, Tabb, observationem. *§. præterea. 6. Inst. quib. mod. jus potest. solv. Ulpian. tit. 10. §. 1. Cajus Inst. lib. 1. tit. 8 §. 3.* (2) per Rescriptum Principis, quæ Anastasia dicta, *l. pen. C. de emancip. lib.* (3) erat Justinianeæ, per, quam antiquæ derogatum, *d. §. 6. vers.*

E nostra

- nostra autem. *Inst. quib. mod. jus potest.* à quâ non adeò multum differt Veterum Germanorum emancipatio de quâ Tacit. *de morib. Germ. c. 13.* In ipsò, ait, *Conciliò vel Principum aliquis, vel Pater, vel Propinquus scutò, frameâque juvenem ornant; hæc apud illos toga, hic primus juventæ honos; ante hæc domus pars videntur, mox Reipublicæ.* (4) Leoniana, de quâ in *Nov. Leon. 25.* Quibus tamen omnibus desuetudine in tantum abrogatum est, ut næ nimia superfluitas foret, hodiènum iisdem solemnitatibus liberos emancipare. Fit autem hodiè plerumque tacitis quibusdam actibus, ut: si Pater liberis, in primis filiabus, Pubertatis annos egressis, separatam œconomiam & commercium concedat, eosque in matrimonium collocet. *Struv. in Jpr. lib. 1. tit. 12. n. 5. Hahn. ad Vvesenb. ff. de hi qui sui vel al. jur. n. 3. verb. in potestate maritorum.* Idque non apud Germanos solùm, *Nic. Reusn. lib. 1. Decis. 10. n. 9.* sed & Italos, Longobardos, Gallos, Hispanos, Lusitanos, Burgundos, Nivernenses, Belgas, Neapolitanos, ex *Eguinar. Baron.* usitatum refert *Georg. Schuitz d. t. Inst. quib. mod. jus potest. solv. lit. d. Simon van Leeuwen Cynosur. Forens. lib. 1. c. 9. n. 8.* Generali autem Franciæ consuetudine id singulare receptum, quod filii familias, XXV. annis majores, licet nuptias non contraxerint, emancipati censeantur; adeò ut sine Parentum autoritate, in judiciò stare, Codicillos facere, mutuum accipere, contra Scti Macedoniani dispositionem possint, notat *Gothofr. ad Sneid. sub d. S. prætereà. 6. lit. a.*

- Oritur verò Patria potestas aut ex ADOPTIONE, aut NATURA
60. *l. 1. pr. ff. de adopt.* Illa consistit ex merâ adoptantis voluntate, *l. 5. ff. de adopt. adoptati consensu, ejusque Parentis vel tutoris, d. l. 5. l. 8. & l. neque absens. 24. ff. de adopt. l. 4. C. de emancip. lib. Card. Tusch. lit. A. concl. 214. n. 6.* Magistratusve autoritate. *Tusch. d. l. n. 8.* Unde Superflua est illorum, inter quos jura agnationis consequitur, approbatio, & consensus. *l. cum adoptio. 7. ff. de adopt. ut enim inviti agnascuntur fratres & agnati, itâ & adoptantur. Vvesenb. ff. de adopt. n. 4.* quibus autem adoptati agnascantur & quibus non, explicat *l. 23. ff. de adopt. cui jung. l. 7. & l. 10. §. 8. ff. de in jus vocand.* Secus est, si de successione Feudi queratur, ibi enim desideratur & Domini & agnatorum in adoptionem consensus, *Magnif. Dn. Pres. in Exam. jur. Feud. c. 15. q. 39.*

Per Naturam confertur Patria potestas ex procreatione So-



bolis, vel in Matrimonio, *pr. Inst. de Patr. potest.* vel extra matri-  
 monium accedente legitimatione, *§. ult. Inst. de Nupt. Matrimo-* 63.  
*nium præcedere Sponsalia solent, Struv. in Jpr. lib. 1. tit. 6. §. 1.*  
 (1) in his omninò & contrahentium & Parentum consensus requi-  
 ritur, *pr. Inst. de Nupt. l. 2. ff. eod. l. 7. §. 1. l. 10. & l. 12. ff. de sponsal.*  
 an verò de jure Canonicò tam ob necessitatem, quàm ob honesta-  
 tem parentum consensus desideretur, dubitatur & negatur à Cano- 64  
 nistis. *per c. sufficiat. 2. caus. 27. q. 1. c. hoc sanctum. fin. & ibi Gloss. caus. 32*  
*q. 2. & c. cum causam. 6. X. de raptorib.* Necessitatem verò statuentes  
 hisce opponunt *c. non omnes §. fin. & in ps. caus. 32. q. 2. c. honoran-*  
*tur. 13. caus. 32. q. 2. c. aliter. c. nostrates. 3. caus. 30. q. 5. Vid. Gaill. 2.*  
*O. 93. n. 3. & Ungepaur. Exercit. 3. q. 5. in Nego.* Illud extra dubium  
 est, in emancipatis Superfluum esse parentis consensum. *per l. 12. ff.*  
*de sponsal.* item in Viduis, secunda Vota amplectentibus, *d. c. hoc* 65  
*sanctum. fin. caus. 32. q. 2.* (2) perinde ac superflua est autoritas  
 Tutorum vel Curatorum, Cognatorum, vel Affinium in contra- 66  
 hendis Pupillorum nuptiis. *per l. 6. ff. de Sponsal. l. sciendum. 20 ff.*  
*de rit. nupt. l. in copulandis. 8. C. de nupt.* quoad Tutorem tamen  
 dissentit *Magnif. Dn. Mev. ad jus Lub. lib. 1. tit. 4. art. 4. n. 1. seqq.*  
 (3) Superfluum quoque est, ut quis præsens per scripturam spon- 67  
 deat: hanc sibi uxorem fore. *l. 7. pr. ff. de Sponsal. cum sufficiat,*  
*ut de consensu constet. l. 4. pr. ff. de sponsal. Sneid. ad Inst. de nupt.*  
*part. 1. de sponsal. n. 2.* (4) Sed quid de Arrhis sposalitiis dicendum  
 erit? Per Arrhas consuetudine magis, quàm lege matrimonium con- 68  
 trahentes se invicem quasi oppignerare, certum est; Non enim  
 de Substantiâ Contractus, aut sponsalium, sunt, *Magnif. Dn. Mev.*  
*ad J. Lub. lib. 3. tit. 6. art. 6. n. 1. cum & sine iis contrahi possint,*  
*Sneid. ad tit. Inst. de nupt. p. 1. n. 2. & consensus, non arrha, faci-*  
 at legitima sponsalia. *l. 4. pr. ff. de sponsal.* Adeo ut tantum cau- 69  
 tela abundans sit, mutuis arrhis sponsalia celebrare; & consensum,  
 quem verbis poterant, signis declarare; quò postea eò evidentius  
 contracta sponsalia probari possint. *c. tenor. 10. X. de sent. & re jud.*  
 quamvis hæc probatio quandoque fallere, & prostibulis circum-  
 veniendi juvenes ansam præbere videatur. Si vero de Contractis  
 sponsalibus accedente subarrhatione constet, præsumuntur spon- 70  
 salia de præsentis, non de futuro, contracta, donec contrarium pro-  
 becur,

- betur, *c. nostrates. 3. c. femina. 7. caus. 30. q. 5. Carpz. p. 4. C. 20. D. 8. Treutl. Vol. 2. disp. 6. th. 6. lit. a.* (5) Cæterum Superfluam adjec-
71. tionem pœnæ in casum non subsequentium nuptiarum Sponsalia non admittunt, *l. 5. in fin. C. de sponsal. c. gemma. 29. X. de sponsal. Beust. de jur. connub. part. 1. quest. 4. ut nec valere illam juramēto firmatam velit Zæf. ad t. C. de sponsal. quest. 4.* quia juramentum contra bonos
72. mores præstitum non est obligatorium. *Reg. non est. 58. de R. 1. in 6. cum & in sponsalibus de futuro juramentum non adeò obliget, quin quandoque remitti possit. c. 2. X. de sponsal. Treutl. Vol. 2. disp. 6. th. 1. lit. g.* (6) Denique adjunctæ sponsalibus conditiones superflue sunt [a] quæ ipsis sponsalibus tacitè insunt; *l. Cornelius 69. ff. de hered. instit. quemadmodum si contrahantur sub hâc expressâ conditione: Si nihil utrinque vitii in sponso aut sponsâ deprehensum fuerit: Nam licet hæc non adjiciantur, nihilominus ob vitia, vel delicta gravia per se solvuntur sponsalia. Struv. Jpr. lib. 1. tit. 6. §. 19. Treutl. d. disp. 6. th. 8. lit. d. Item: si Pater consenserit: quia ejusdem consensu est de Substantiâ legitimi matrimonii. pr. Inst. denupt. l. 2. ff. de Rit. Nupt. c. aliter. 30. q. 5.* [b] Superfluum est, conditiones eas adjicere, quæ omnino per se sine ullò hominis factò sunt extituræ; Veluti: *Ducam te, si cras sol orietur.* talia enim sponsalia, pro
74. puris reputantur, *secund. Gloss. in c. per tuas X. de condit. appos. quod & obtinet in conditionib. à matrimonio alienis, ut. Si Rex Svecie vicerit Danum. vide Sneid. p. 1. §. de Nupt. n. 36. in fin.* [c] Condicio impossibilis pro supervacuâ & non adjunctâ habetur, §. 10.
75. *Inst. de hered. instit. l. impossibilium 185. ff. d. R. 1. veluti si dicas: si cælum digito tetigeris: nec impedit matrimonium. c. fin. X. de condit. appos.* [d] Superfluâ adjecctione conditionis turpis, veluti: *ducam te, si furtum feceris,* non vitiatur matrimonium. *d. c. fin. X. de condit. appos. & Panorm. ad id. num. 1. & 3.* secus est, si contra substantiam matrimonii conditiones turpes adjiciantur: *si generationem prolis evitaveris: vel: donec aliam honore & facultatibus digniorem inveni-*
76. *nero: vel: si pro questu adulterandam te prabueris: ita enim omninò vitiatur matrimonium, alleg. c. fin. X. de condit. appos. & Panorm. d. l. n. 2. & 4.* Idem de contractis vel ex die vel ad diem sponsalibus
77. contra *Accursium* sentit *Petr. Fab. & Everb. Bronchorst. ad l. 77. ff. de per c. actus. 50. de R. 1. in 6. R. 1.* quamvis ex die, si modò termini rectè formentur, sponsalia contrahi, experientia testetur. (7) uti

(7) Uti porrò non omnibus sponsalia contrahere licet, tum ob inhabilitatem, tum ob respectum consanguinitatis vel affinitatis, §. 1. *Inst. de Nupt.* ut quandoque judicis cognitio & dispensatio requiratur; ita in dubio, an illa sit necessaria, potius proderit, eam intercessisse, quàm neglectam esse; Cautela enim abundans non nocet, *Card. Tusch. lit. A. concl. 68. n. 3.* eamq; regulariter in omnibus actibus, quoties de necessitate solemnitatis dubitatur, requirit *Guid. Pap. Decis. 149. incip. secunda conclusio. circ. fin.*

Post sponsalia agitur de dote, ubi (1) superfluum est, expresse stipulari, quod dos non subsequentibus nuptiis non debeat peti. *l. 4. §. 2. ff. de pactis.* quia in stipulatione dotis tacitè illa conditio: *si matrimonium secutum fuerit*: semper inest. *Pacius per Bart. ad d. l. 4. §. 2. ff. de Pact. Treutler. Vol. 2. Disp. 7. th. 5.* (2) cautela abundans est, sub expressâ bonorum hypothecâ dotem promittere, quia ea tacitè inest. *Treutl. d. Disp. 7. th. 8.* (3) pariter sub expressâ hypothecâ dotem accipere. *l. fin. C. de pact. convent.* quia ea, simul ac dos traditur, in bonis mariti tacitè acquiritur, *l. asfiduis. 12. §. 1. C. qui pot. in pignor. hab. l. unic. §. 1. C. de rei uxor. act. Gaill. 2. O. 92. n. 10. Zæf. ad t. C. de jure Dot. quest. 1. in fin.* Unde Superfluum quoque foret, à maritò, quoties ipse propter uxoris bona dotalia & paraphernalia actiones movere compellitur, rati-  
habitationem exigere. *d. l. fin. C. de pact. convent.* (4) Denique singularis circa pacta dotalia casus emergit, qui per abundantiam suam jus commune lædere sive tollere videtur, contra *l. 81. ff. de R. I.* Communis enim juris est, Dotem profectitiam, mortuâ in matrimonio filiâ ad Patrem reverti, sive liberi sint superstites, sive non sint *l. 4. C. solut. matrim. quemadm. dos pet. l. 6. pr. ff. de jur. dot.* illo casu olim quintas *Ulpian. tit. 6. §. 4.* vel sextas maritus retinebat, *Ulpian. d. t. 6. §. 10.* Sed huic retentionum Verboſitati abrogatum est per *l. un. §. 5. C. de rei uxor. act.* Si itaque inter Generum & So-  
cerum conveniat: *ut in matrimonio sine liberis defunctæ filie dos patri restituatur*; id actum inter contrahentes intelligitur, ut, liberis superstitionibus, filie defunctæ dos retineatur, *l. inter socerum. §. 2. ff. de Pact. dotal.* quod est contra *alleg. LL.* adeò, ut ex inde constet, quod per abundantem hanc expressionem jus commune lædatur: quia, si plura remedia competant, unò electo reliquis tacitè renunciatum videtur

79.

80.

81.

82.

83.

84.

- videtur, per ea, quæ proponit *Card. Tusch. lit. A. concl. 67. n. 47. 48.* Verum cum hîc tacita quædam renunciatio juris pro patre introdu-  
cti subsit; non videtur ex abundantia, sed renunciationis causa  
expressio facta, unde non læderetur per abundantiam jus commune,  
sed renunciaretur per expressam juris, in casu non existentium libe-  
rorum competentis, reservationem reliquo juri ex contrariò casu  
competenti; *vid. de hac questione P. Fab. ad d. l. 81. ff. de R. l. in fin. Bachov.*
85. *ad Treutl. Vol. 2. disp. 7. th. 11. lit. c. p. 382. Mantio de ult. Vol. L. 5. t. 14. n. 13.*  
Dissolvitur Matrimonium vel naturaliter vel civiliter. Na-  
turaliter morte alterutrius conjugis, ubi maritus, etiamsi de uxore  
ægotante desperet, ex abundantia Medicum accersere, & ægræ  
Pharmaca pro facultatibus porrigere debet, cum aliàs lucro dotis  
privari possit. Nisi omninò frustranea & inutilia fuerint. *Cravett.*  
86. *consil. 366. n. 12 & 19.* E contrario uxor mortuo Marito legitimum Lu-  
ctus tempus exspectare, antequam ad secunda vota transeat, debet;  
legitimum autem tempus à lege illud statuitur, quò turbatio san-  
guinis impediri possit. *l. liberorum. 11. §. 1. ff. de his qui not. infam.*
87. quia, ICTos superfœtationem statuisse, verisimile est *ex l. 3. verb.*  
*sed & Lælius. ff. si pars hered. pet.* Unde (1) de jure superfluum est  
(quamvis apud Germanos honestum reputetur. *Tacit. de morib.*  
*Germ. c. 27.*) ut, postquam à morte mariti partum enixa est fœmi-  
na, integrum annum luctui impendat. *d. l. 11. §. 2. ff. de his qui*  
88. *not. infam.* Jure Canonicò planè liberam nubendi intra annum lu-  
ctus licentiam habet. *c. pen. & fin. X. de secund. nupt. Hahn. ad VVes-*  
*senb. ff. de his qui not. infam. num. 5. rat. 7. Gaill. 2. O. 98. n. 3.* mo-  
do ex priori marito uterum non gerat. Idem de moribus hodie-  
nis testatur *VVissenb. ad d. t. ff. de his qui. not. infam. n. 19.* (2) super-  
fluum est, ut à sponsalibus intra tempus luctus contrahendis ab-  
stineat, *l. 10. §. 1. ff. de his qui not. infam.* Cautelam pro uxore vel  
marito, ad secunda Vota transeuntibus, *vid. apud Cæpoll. tract. de*  
90. *Cautel. c. 238. Gaill. 2. O. 98. n. 2.*  
Cæterum ingenui, qui sui juris sunt, aut sub Tutelâ Curavè  
sunt, aut neutrò jure tenentur *pr. Instit. de Tut.* Tutela est vis ac  
potestas (i. e. auctoritas. *Sneidevv.*) in capite liberò ad tuendum  
eum, qui propter ætatem ipse se defendere nequit, jure Civili da-  
ta ac permilla, *§. 1. Inst. de Tutel. l. 1. pr. ff. eod.* Circa quam  
91. (1)

(1) constat, superfluum esse, iis Tutores dare, qui ipsi per ætatem se defendere possunt. *arg. d. l. 1. §. 1. ff. de Tutel.* (2) cum genus masculinum contineat foemininum *l. 16. pr. ff. de test. tut. l. ait prator. 3. §. 1. ff. de negot. gest. l. 1. §. ait prator. ff. de const. pec. l. 1. ff. de V. S. & ibi Fornerius. §. sed quoniam. & Alciat. verb. complectitur. in fin. l. 195. pr. ff. Eod. l. tres fratres. 35. ff. de pactis. vid. Guid. Pap. decis. 506. Menoch. 4. presunt. 84. per tot. superfluum est, expresse Filiis & Filiabus tutorem dare; quia sufficit, ita: *Filiis meis Tutorem do: dedisse. d. l. 16. pr. ff. de testam. Tut.* (3) Tutores ii solum dari possunt, qui liberi sunt. *l. in. servili. 7. C. qui dar. tut. poss.* unde superfluum est, alienum servum Tutorem dare cum expressa hac conditione: *si liber fuerit*, quia hæc etiam non expressa subintelligitur, *l. 10. §. 4. ff. de test. tut.**

(4) cum Tutela onus sit *l. 3. & l. 7. ff. de excusat. & satisfatio- nis contumeliam inferat, l. testamento. 17. §. 2. in fin. ff. de Testa. Tut. tuto- resque de dolò & latà culpà teneantur. l. 2. C. arbitr. tut. cœperunt ad- mitti legitimæ excusationes, t. t. ff. C. & Inst. de excus. tut. vel cur. adeò ut superflua sit receptio Tutelæ, quoties ea legitimè excu- sari potest, aut excusatione non indiget, *arg. l. 1. §. 1. ff. de admi- nist. & peric. tut. l. 1. C. de Testam. Tut.* Exemplo Clericus est, qui si recipiat tutelam, plus facit, quam tenetur. *l. generaliter. 52. (quæ inter canones relata. c. generaliter. 40. caus. 16. q. 1.) & auth seq. C. de Episc. & Cler.* (5) Sed quid, si plures quis excusationes pro- ferat, easque non omnes æquè probare possit? tum superfluæ minusque legitimæ excusationes non vitiant legitimas. *arg. l. 21. §. 1. ff. de Excus. & Reg. 37. de R. i. in 6. vid. Gaill. 2. O. 98. n. 11. mo- dò non fuerint contrariæ. Gothofr. ad Sneid. §. qui autem. Inst. de ex- cus. Tut. n. 3. lit. e.* (6) superfluum est, ut Tutor, testamento ma- tris datus, se ante Decretum, quod habitâ inquisitione interponen- dum, excuset. *l. 1. C. de confirm. Tut.**

(7) Olim superfluum erat, ut Tutor Testamento datus satis- daret. *l. 17. pr. l. 19 pr. ff. de Testam. Tut. l. non omnium. C. de Tut. vel Curat. qui satis non ded. Sneid. ad pr. Inst. de satisf. Tut. vel Cur. quod tamen correctum videtur per Reform. Polit. de anno 1548. sub tit. Von Pupillen und minderjährigen Kindern. Cujus Verba hæc sunt: Daß auch ein jeglicher Vormund / er sey gleich in Testas- ments.*

- ments: Weise verordnet / oder durch das Recht / oder Richter ergeben / sich der Vormundschaft nicht unterziehen soll / di Verwaltung sey ihm den zuvor durch di Obrigkeit decerniret, und befohlen; Item daß Er nach besolener Verwaltung von allen Gütern / ligend / und fahrend / Schuldschrieff- und Registern / ein Inventarium aufrichte / und rechtmäßige Caution und Versicherung tuhe / auch mit Gesüßden und Eyden beladen werde. *Et c. cui conferatur.*
- Polizey: Ordnung zu Franckfurt *de anno 1577. tit. 32. §.* das ein jeglicher Vormund, abundans enim cautela hoc loco non nocebit, *Jacob. Burkhard. in Patrocin. Pupill. concl. 75. lit. Z. quamvis hodiè cautionem istam rarò præstari velit Struv. in Jpr. lib. I. tit. 21. §. 1. (8) Tutori Dativo adjecta à Præsidibus Provinciæ conditio: Tutorem do, si satisfecerit: superflua est. l. tuto. 6. §. 1. ff. de Tutel. vid. P. Tab. ad l. 77. ff. de R. 1. (9) superflua est expressa omnium bonorum Tutoris hypotheca Pupillis pro administratione oblata; quia ea tacitè inde à tempore, quò incipit esse tutor, ipsius bonis inhæret. l. pro officio. 20. C. de administr. tut. Negusant. de pignor. & hypoth. in 4. membr. 2. partis pr. num. 6. quod & in Protutore, qui loco tutoris gerit, obtinet. Negusant. d. l. n. 7. arg. l. dabimus. ff. de privileg. Cred. (vel, ut mavult Pacius, de reb. aut. jud. possid.) (10) ad Administrationem Tutelæ requiritur mox Inventarii confectio. eâ enim neglectâ, ut suspectus removeri, & ad interesse per juramentum in litem conveniri potest Tutor. l. ult. §. 1. C. arbitr. tutel. l. tutor qui repertorium. 7. pr. ff. de administr. tut. & l. pen. C. de in lit. jur. Debet igitur Tutor singula abundantiam quâdam cautelâ & fide consignare, adhibitò Notariò, & testibus. l. 24. C. de administr. Tut. l. ult. pr. & § 1. C. arbitr. tutel. ità ut ne minimum quid neglectum desideretur; licet enim communiter hâc cautelâ, & protestatione: *Salvò jure non appositorum*: sibi prospicere soleant, ea tamè superflua est, & nihil operatur, quia deficientia necessario apponere cogitur. *Secundum Bart. in l. Tutor, qui repertorium. n. 23. ff. de administr. Tut. remittens ad l. non solum. ff. de oper. nov. nunt.* Unde superfluum non est, tenorem Instrumentorum & nominum Pupilli inventario inserere *arg. l. ult. §. 5. C. de Curat. furios.* quia exinde nomina probari*

probari & debitores conveniri possunt. *l. 57. ff. de Administr. & peric. tut.*

11. Administrare Tutelam, si plures sint, omnes non tenentur, sed solet hoc uni committi. *l. si plures. 3. §. apparet. 6. ff. de adm. minist. Tut.* quia segnius expediunt commissa negotia plures. *Gloss. ad §. 1. Inst. de satisd. tut. verb. sed si ex testamento. l. 2. pr. C. quando & quib. quart. pars. lib. 10. facit huc l. item si unus. 17. §. principaliter. ff. de recept. qui arbitr.* proinde superfluum est, ut, aut unò satisfactionem offerente, *l. testamento. 17. pr. ff. de testam. tut. l. non omnium. 4. C. de tut. & Cur. qui satis non ded. aut patre eum, quem tutelam gerere voluerit, destinante, d. l. si plures. 3. §. 1. ff. de adm. & per. tut.* aut majore parte in unum consentiente, *d. l. 3. §. 7. ff. de adm. & per. tut. arg. l. quod major. 19. ff. ad munic. & l. 17. §. 6. ff. de recept. qui arbit.* aut Prætoꝛe interveniente, *d. l. 3. §. 3. ff. de admin. Tut.* omnes simul tutelam administrent; Illis enim casibus reliqui non tenentur satisfactionis contumeliam subire. *d. l. testamento. 17. §. 2. in fin. ff. de testam. tutel.* Erunt nullis administrationum oneribus gravati, sed honorarii, & quasi observatores illius, qui solus administrat, quem suspectum arguere, & remale gestâ ipsius bona excutere possunt. *d. l. 3. §. 2. ff. de adm. Tut.*

(12) Autoritas tutoris in eò consistit, ut pupillus validè obligari nequeat, nisi eâ munitus. *l. pupillus. 189. & l. 5. in fin. ff. de R. I. l. 28. pr. ff. de Pact. l. 1. C. de inutil. stipul. §. 9. Inst. eod. l. 1. §. 2. ff. de pecun. constit. l. 8. pr. ff. de acquir. hered. Dn. Anth. Scheffel. de etat. jur. cap. 3. concl. 56.* eò quod ob judicii infirmitatem facilè decipi possit. *l. 1. pr. ff. de minor.* Unde iudicium cum solò Pupillò, absque legitimò tutore agitatum, ipsò jure nullum est. *Gaill. 2. O. 107. n. 3. & O. seq. n. 1. arg. l. si pupillus. 35. ff. de recept. qui arbitr.* & superfluum amat, qui infantem unà cum Patre, aut Tutore in jus vocat; quia, qui infantix proximus est, non multum à furioso differt, *§. 10. Inst. de inutil. stipul. & quid videat, ignorat. l. 1. C. de falsâ monet.* (13) Superflua verò est Tutoris autoritas Pupillo, [α] quoties non ipse obligatur, sed locupletior fit, sibi que acquirit. *pr. Inst. de aut. tut. l. obligari. 9. ff. de autor. & consens. Tut. l. pupillus. 9. ff. de acquir. rer. dom. l. 7. C. de contr. & comm. stip. [β]*

Si ab obligatione liberetur per pactum de non petendo, *l. 28. pr. ff. de pact. aut per acceptilationem. l. pupillum. 2. ff. de accept. [γ]* Si

F

quid

- quid actum vel pronunciatum sit in judiciò, in favorem pupilli, superflua est autoritas Tutoris. *l. non. eò minus. 14. C. de procurat.*
113. (14) Illud autem Tutorum autoritati non est concessum, ut bona Pupillorum pro lubitu alienare possint; sed requiritur præter urgentem alienandi necessitatem cognitio & Decretum judicis. *l. 5. §. 9. & 14. & l. 7. §. 3. ff. de reb. eor. qui sub Tut. l. 6. l. 12. l. 13. & l. ult. C. de præd. & al. reb. min. fin. decr. non alien. l. lex que. 22. pr. C. de adm. tut. De quibus vid. Sneidew. ad §. fin. Inst. de autor. Tut. n. 32. 33. quapropter supervacuum est, de vilitate pretii tractare, cum Scti autoritas alienandi viam obstruxerit. l. ii. C. de præd. & al. reb. min. fin. Decr. non alien. (15) E contrario superfluum est judicis Decretum. [α] in alienandis rebus consumptilibus, seu quæ servando servari nequeunt; Ut Vestes usu detritæ, animalia supervacua, fructus &c. *l. lex que tutores. 22. & l. ult. §. fin. C. ad adm. tut. l. fin. C. quand. Decr. op. non est.* si enim Tutor in earum rerum distractione cessaverit, periculum facit suum *l. 7. §. 1. ff. de adm. & peric. tut.* [β] si pater testamentò vel Codicillis alienationem concesserit, vel agrum pignori dederit; *l. i. §. 2. & l. ult. ff. de reb. eor. qui sub Tutel. l. 1. C. eod. l. i. C. quand. decr. op. non est.* [γ] si in communiõne constitutus minorennis à majorenne ad divisionem provocetur. *l. 17. C. de præd. & al. reb. min. fin. decr. d. l. 1. §. 2. ff. eod.* [δ] in causis judicati & executionis, ubi tamen læso restitutio indulgetur *l. i. C. de præd. & al. reb. min. l. ult. §. 3. C. de adm. Tut.* (16) Præter Decretum judicis, ut alienatio valeat, distractio per subhastationem, quâ alienanda bona plus offerenti venduntur, requiritur. *Sneid. §. ult. Inst. de aut. Tut. n. 32.* Si vero dubium sit, an in locò domicilii minoris, an in rei sitæ locò distractio debeat institui; Cautela abundans non nocebit, si in utroque fiat, ut monet *Card. Tusch. lit. A. Concl. 68. n. 2.**
119. (17) Minorum jure & favore fruitur etiam Ecclesia *c. 1. & c. auditis. 3. in fin. X. de in integr. rest.* ità ut Ecclesiæ res promiscuè alienari nequeant. *l. jubemus. 14. C. de SS. Eccl. c. nulli liceat. & t. t. X. de reb. Eccl. non alien. c. casellas. 1. caus. 10. q. 2. vid. Card. Tusch. lit. A. concl. 274.* nisi legitimis de causis; veluti si debitor sit, & vasa habeat superflua, *l. sancimus. & Auth. seq. & Auth. hoc jus C. de SS. Eccl. c. ea enim. 2. caus. 10. q. 2. Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. c. 1. X. de*
- 120



de pignor. c. sacrorum. 15. c. 16. c. sine exceptione. 52. c. aurum. 70. caus. 12. q. 2. Guid. Pap. Decis. 149. incip. Secunda conclusio. & certâ formâ ac modô, d. l. jubemus. §. 5. vers. si quando & Auth. hoc. jud. (quæ inter Canones recepta c. ea enim. 2. caus. 10. q. 2.) C. de SS. Eccl. Nov. 46. c. ad aures. X. de reb. Eccl. non alien. c. abbatibus. 41. c. si Episcopus. 73. caus. 12. q. 2. c. in venditionibus. 40. caus. 17. q. 4. Guid. Pap. d. l. Card. Tusch. Lit. S. concl. 326. per tot. Inter quos communiter scriptura requiritur, d. c. abbatibus. 41. d. c. sine. exceptione. 52. caus. 12. q. 2. c. hoc jus. 2. caus. 10. q. 2. ut doceatur, nihil in eâ re ad damnum Ecclesiæ factum esse. d. Auth. hoc jus. C. de SS. Eccl. Si verò Tabellio vel Notarius in Instrumento alienationis rei Ecclesiasticæ idem asserat, scil. necessitatem vel utilitatem Ecclesiæ subesse; illi assertioni non stari, nisi aliter probetur, vult Thom. Ferratius. tract. de Caut. c. 59. n. 3. quò facit arg. l. 14. §. 3. junctâ Auth. seq. C. de SS. Eccl. adeò ut hæc Notariorum Cautela abundans & superflua sit; quia ab ore probandi non relevat.

(18) Denique ad Tutoris officium pertinet, ut Pupillo finitâ Tutelâ rationes reddat, l. nisi finitâ. 4. & l. si tutor. 9. §. 4. ff. de tutel. & rat. distrab. Unde de jure Civili superfluum est, ut perseverante Tutelâ rationes reddat, d. l. 9. §. 4. ff. de tutel. & rat. distr. Con tutores verò, sive honorarii Tutores, assiduè ab eò, qui gerit, rationes exigere debent, quia excusis illius facultatibus ipsi conveniri possunt. l. 3. §. 2. ff. de adm. & peric. tut. De jure verò Saxonico quotannis Tutor proximioribus agnatis & hæredibus rationes reddere tenetur. Daniel. Möller ad p. 2. Constit. 11. n. 3. Idem de jure Novissimò; Recess. Imp. de anno 1548. in der Polizey-Ordn. Rubr. Von der Pupillen und Minderjährigen &c. §. item daß Er nach. De jure Canonico generaliter omnes administratores Clem. 2. §. ut autem. de religios. domib. & de jure Civili Magistratus ad reddendas quotannis rationes obligantur. Nov. 128. c. 16. Et hisce Superfluum circa jura Personarum examinasse sufficiat; transeo itaque ad

CAP.

SUPERFLUO CIRCA JURA  
IN RE.

## SUMMARI A.

1. Ratio tractandi Jura Rerum. 2. Jus in Re quid sit, & in quibus consistat. 3. Dominium quid sit, 4. Quomodo acquiratur. 5. occupatio quotuplex, 6. capta ab hostibus sunt capientium, 7. unde abundat prescriptio &c. 8. limitatur, 9. Bellum sit justum. 10. Piratas propria auctoritate quis infringit. 11. ampliatur in omnibus Pacis P. ruptoribus, 12. capti fiebant servi, 13. qui jure postliminii civitati restituebantur, 14. Venatio olim cuiuslibet libera, 15. quod hodie secus, 16. ubi quis de ea special. investiendus, 17. sub generali concessione saltem Ven. minor venit, 18. quae exprimenda in concessione, 19. quid si cum castro concedi consuevit? 20. geminatio abundans quid operetur? 21. quid si specialim concedi solita fuerit? 22. Fructus sylvestres an pertineant ad jus Venand. 23. an apprehensio in inventione abundet? 24. cujus sit res inventa si alter viderit, alter apprehenderit? 25. Traditio quid, 26. in quib. abundet, 27. Claus. dedit, Vendidit, tradidit, 28. Accessio quid, 29. cui Ripas munire liceat, 30. Inedificatio quid, 31. quando & qui sumtus in edificanti restituendi, 32. an vicini arbor amputari possit, 33. ratiomethodi 34. Titulus quomodo abundet in prescriptione, 35. Prescriptionem allegans an debeat b. f. probare, 36. an in immemoriali prescriptione b. f. alleganda, 37. Donatio inter vivos V. testes requirit, 38. quando abundet insinuatio, 39. quid in insinuatione abundet, 40. quae clausula abundant in Donat. m. c. 41. Pactum de non revocando ob ingratitudinem abundat, 42. quid in donat. remuneratoriâ exprimendum? 43. servitus quotuplex, 44. abundat libertatem probare, 45. cui actus, ei & iter debetur, &c. 46. quid si actus in nimis angusto loco concedatur, 47. an ob nimium usum amittatur servitus, 48. Servitus pascendi omnia pecora, quid inferat, 49. Verba (uti nunc est, ut ita sit,) quid in servit. operetur? 50. Serv. quomodo amittatur & acquiratur, 51. Usufructu legato quae veniant, 52. Usufructuarius cavere debet, 53. in quibus id abundet, 54. an Vidua legato usu adium possit nubere, 55. jus Hereditarium quomodo deferatur, 56. Imp. ultimis voluntatibus cautè consuluit, 57. quid in Testam. animadvertendum, 58. an minor & Uxor possit sine curatore testari, 59. Solemnitates necessariae in Testam. 60. abundant in privilegiatis, 61. in T. potius superfluum admittitur, quam Voluntas Testatoris tollitur, 62. an prius haeres instituendus, quam legandum, 63. Testibus saltem scriptura clausa offertur, 64. exhereditatio quando abundet, 65. an specialis causa exheredationis exprimens, 66. quid in verbis instit. abundet, 67. dictio (si volet) quid operetur, 68. Instit. non recipit certum tempus, 69. jurisjur. conditio abundat, 70. an legitima institutionis titulo relinquenda, 71. quid circa eam abundet, 72. quid in Substitutionib. abundet, 73. Dicitio, si volet, quid in legatis operetur, 74. Superfl. est, id alicui legare, quod

quod ejus est. 75. in legatis abundat expressio specierum, quæ sub genere veniunt. 76. falsa causa & demonstratio non vitiat Legata. 77. quæ conditiones in Legatis abundant. 78. an Virgo nubens amittat legata, sub condit. ne nuberet, relicta. 79. an Vidua. 80. an libertas ad tempus possit legari. 81. quæ conditiones non egeant impleri. 82. an expressio Cl. Codicillaris abundet. 83. quando ea abundet. 84. formula ejus. 85. Blanditiæ an vitient Testamentum. 86. Anni & Diei expressio an abundet. 87. quatenus inductiones vitient legata. &c. 88. Claus. cassans & irritans &c. quid operetur. 89. an in posteriori testamento sufficiat generalis revocatio prioris cum claus. Derog. facti. 90. quomodo conjuges in eadem chartâ testari possint. 91. an octavus testis inhabilis vitiet Testam. 92. quando Notarius præter VII. Test. requiratur. 93. an testamentum juxta Statuta facium subsistat. 94. an VII. Test. requirantur in Testam. judic. 95. an prælectio abundet. 96. quæ solemnitates in Codicill. abundant. 97. abundat, ut Testator cuiusvis pagine subscribat. 98. quot testes in probatione testam. requirantur. 99. quodnam remedium competat contra testamentum. 100. querelâ inofficiosi testamenta in solidum rescindebantur. 101. Hodie querelâ nullitatis competit liberis & parentibus. 102. & querelâ inofficiosi abundat. 103. quænam beneficia competant hæredibus. 104. Superfl. est tempus deliberandi petere. 105. scrupulositas suspecta. 106. Inventarium an intra certum tempus inchoandum. 107. an abundet Notarium hic rogari. 108. an abundat in absentia Credit. Legatar &c. testes adhiberi. 109. an judicis præsentia requiratur. 110. Clausul. salvo jure non appositorum: quid operetur. 111. ob fraudis suspicionem potest juramentum deferri. 112. Crucis omisio an testamentum vitiet. 113. Affirmativa quomodo defendatur. 114. erubescendum est sine Lege loqui. 115. quare hæc solemnitas requiratur. 116. hodie abundat solemnis confessio inventarii. 117. alicubi planè abundat ejus confessio. 118. in Saxon. hæres non tenetur ultra vires hereditat. 119. Hereditas propriâ autoritate adiri potest. 120. non adita non transmittitur. 121. quando abundet aditio. 122. an bonorum possessiones abundant. 123. Pignus quid & quotuplex. 124. Varias pactiones recipit. 125. an creditor propriâ Autoritate hypothecam occupare queat. 126. an abundant pacta super venditione pignoris. 127. an pactum Antichreseos abundet. 128. quatenus superflui fructus in sortem imputentur. 129. an L. Commissoria superfl. sit. in pignorib. 130. item pactum non relucendi. 131. abundat pactum: ut soluta pecuniâ pignus restituatur. 132. in iis, quæ tacite oppignerantur, abundat expressio hypothecæ. 133. an Studiosorum libri illati tacito pignore teneantur. 134. an abundet, hypothecam exprimere in rei vendita traditione. 135. quæ sub generali hypotheca continentur ex abundantanti specialiter exprimuntur. 136. limitatio. 137. liberata à aliquâ debiti quantitate, an abundet restitutio pignoris. 138. quomodo hypotheca à pignore differat. 139. Possessio quid, & quotuplex. 140. an in possessione naturali abundet justa causa. 141. an in acquisit. possessionis abundet apprehensio. 142. an integra rei apprehensio abundet. 143. an res ipsa sit præcise apprehendenda. 144. an in acquisit. quasipossessionis jurium incorporalium abundet scientia ejus, cui præjudicium fit. 145. ad retinendam possessionem abundat quandoque corporalis possessio. 146. in traditione abundat exprimere: se nolle amplius possidere. 147. an abundet cessio solemnis coram actis publicis. 148. Autoritas judicis non necessaria vitiose adhibita non vitiat. 149. abundat, ut Possidens probet. 150. ut adhibeat judic. autorit. in defendendâ contra turbantem possessione.

Jura

1. **J**ura rerum commodè tractari solent, si ea in *jura in Re*, & *jura ad Rem* distincta alternatim proponantur; prout ipsemet Imperator gloriosissimus in ipsis jurisprudentiæ elementis proponendis
2. illa præmisit, hæc subjecit; *jus in Re* est legitima facultas, ipsi rei inhærens, adeoque actionem ipsam rem persequentem producens. *l. 25. pr. ff. de Obl. & act. ad quod ut plurimum referre solent jus Domini, Servitutis, Hæreditatis, Pignoris & Possessionis.* De quibus separatim acturo, primò *Dominium* occurrit, quod est jus in re, quo quis de re istâ pro arbitriò nomine propriò disponere, eamq; vindicare potest. *arg. l. in rem actio. 23. pr. & §. 4. ff. de rei Vendic. Alc. in l. 195. §. 2. verb. Dominium. ff. de V. S. VVissenbach. ad t. ff. acquir. R. D. th. 1. VVesenb. ad d. t. n. 3. ubi omninò Habnius.* Acquiritur *Dominium* vel naturaliter vel civiliter *l. in rem. 23. pr. ff. de Rei vindicat. Naturaliter* imprimis occupatione, traditione, accessione, specificatione, *Herm. Vultej. Jprud. lib. 1. cap. 70. Treutler. lib. 2. disp. 20. th. 2.*
3. Occupatio consistit in captivitate hominum & rerum, *Reinh. Lubenov. de occupat. bellic. concl. 3. in venatione ferarum, avium & piscium, Chr. Feschius. de Re Venator. concl. 4. & in inventione rerum, quæ nullius sunt. Treutler. d. l.* Captivitate ea, quæ durante bello
4. justò ab hostibus cepimus, nostra statim fiunt. *l. 5. §. fin. l. transfugam si ff. de A. R. D. §. item ea. 17. Inst. de R. D. l. 1. §. 1. ff. de acquir. possess. & Gloss. jur. Sax. Weichbild. artic. 2. n. 5. verb. was ich meinem rechten Feind nehme/das ist mein. ut hæc spe animi militares ad eò agiliorem pugnam erigantur. Jason. ad l. 1. n. 9. ff. de acquir. poss.* Adeò ut in bonis ab hoste captis
5. abundet præscriptio, bona fides, aut Principis concessio. *arg. l. unic. C. de Thesaur. Dissent. Bart. in d. l. 5. §. ult. in pr. & secund. lectur. Gloss. in l. 2. & l. 3. ff. de capt. & postlim. B. Dn. Helmfeld de Occup. concl. 2. echt. 2. confer. Gell. Noct. Attic. lib. 13. c. 23. quorum autoritate limito id non procedere in rebus immobilibus. l. si captivus.*
6. *20. §. 1. ff. d. capt. & postlim. sive quæ specialiter in Reip usum, aut Ducis præminentiam tendunt. Reuter. Bestall. artic. 94. 95. Articulus. Brteff. artic. 62. de anno 1570. (2.) in rebus pretiosioribus. Vngepaur. Exerc. 5. q. 5. in ajo. pag. 218. nisi tota præda, ut quandoque fit, militibus indulgeatur arg. l. si quis. 36. §. 1. C. de donat. (3.)*

in victu, quem extra castra alienare nequeunt. Neuter. Bestall. art. 87. Articuls. Brieff. art. 64. de anno 1570. (4.) in hostibus jam devictis & expulsis. Vngepaur, d. Exerc. 5. q. 5. in Nego. Primario 9. autem requiritur, ut bellum sit justum, Reinh. Lubenow, d. l. concl. 2. lit. f. Reinking. de R. S. & E. lib. 2. Cl. 3. c. 1. n. 9. Struv. Diss. de Victor. & Clad. §. 67. seq. à Principibus superiorem non recognoscen- 10. tibus aut liberis Rebus publicis susceptum. Reinking. d. l. n. 10. 11. & seqq. B. Dn. Helmsfeld. de occup. concl. 6. Ech. 1. El. Schröd. de jur. bell. concl. 2. lit. a. Quod tamen abundat adversus Piratas, Graf- satores: die Freybeuter/ Schnaphahnen/ Kottirer etc. cum enim hi non gaudeant privilegiis militum c. fortitudo 5. & c. si quis. 6. caus. 23. q. 3. Lubenow. de occup. bell. concl. 4. lit. a. nec pro hostibus reputentur, l. 118. ff. de V. S. l. 24. ff. de capt. & postlim. revers. Cau- teta abundans foret, præviâ Superioris autoritate ipsos armis in- fringere, l. 1. & 2. C. quando liceat unic. sin. jud. se vind. Idque uni- 11. versale est in omnibus, Pacem publicam turbantibus, Gaill. lib. 1. de PP. c. 4. n. 36. 37. seqq. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. Cl. 5. c. 4. n. 72. ut liceat offenso, vim contra P. P. illatam, etiam ante Pro- scriptionem declaratam, in continenti, vel quam primum Sociorum auxilia colligi possunt, vi armatâ repellere & referre. Ord. Cam. p. 2. tit. 9. §. 1. vers. so bald. in fin. Denais. jur. Cam. tit. 115. Capti 12. ab hostibus, qui servabantur, servi fiebant, §. 3. Inst. de jure pers. quod non Romanis Jason in l. ex hoc jure. n. 24. ff. de J. & J. solum, sed & Parthis l. 24. ff. de capt. & postlim. Scythis, Justin. lib. 2. c. 5. n. 1. seqq. PERSIS. Justin. lib. 1. c. 6. n. 2. Græcis, Justin. lib. 3. c. 5. n. 6. Tyriis (qui à servis suis multitudine abundantibus indigna supplicia perpesi) Justin. lib. 18. cap. 3. n. 6. Germanis. Tacit. de morib. Germ. c. 24. seq. & d. l. 24. ff. de capt. & postlim. Populo Sancto, Jos. cap. 9. vers. 23. & omnibus ferè gentibus solemne olim fuit. §. jus. autem gentium, Inst. de J. N. G. & C. l. 4. ff. de just. & jur. exceptis Aborigi- nibus, Italiæ incolis, sub Saturno Rege (si quidem credere fas est) Justin. lib. 43. c. 1. n. 3.

Facti autem Servi aut manumittebantur, ut sup. aut reversi 13. ab hostibus, simulac fines suos aut civitatem sociam intrabant, jure postliminii in pristinum statum restituebantur, l. 19. pr. & §. 3. ff. de capt. & postlim. revers. Superfluumque erat, in civitatem eos recipi, qui retrò credebantur in civitate fuisse, l. retro. 16. ff.

de capt. & postlim. l. illa institutio. 32. §. 1. ff. de hered. instit. nisi hosti dediti fuissent. l. 4. ff. de capt. & postlim. l. ult. ff. de Legation. A latronibus verò capti & reversi, ut jure postliminii pristinum statum recuperarent, quia servi non fuerant, planè superfluum erat. d. l. 24. ff. de capt. & postlim.

14. Altera occupationis species est Venatio, quæ absque ullo olim discrimine apud Romanos, Indos, Tartaros, Persas, & antiquos Germanos exercita est, B. Dn. Helmsfeld. de Occup. concl. 5. Ectb. 1. Christoph. Fesch. de Re Venator. p. 1. concl. 6. lit. a. unde Superfluum fuit, Venandi licentiam impetrare. §. fera 12. Inst. de R. D. l. 1. §. 1. l. 3. l. 5. ff. de A. R. D. junctâ l. unic. C. de Thesaur. & l. quæ sub. conditione. 8. §. 8. ff. de cond. Inst. quod hodiè adeò immutatum, ut sub gravi pœnâ feram, inprimis majorem, nemini liceat occidere, aut capere; Georg. Schultz. ad t. Inst. de R. D. lit. h. B. Dn. Helmsfeld. d. l. Gaill. lib. 2. O. 67. n. 2. 3. Carpz. P. 3. C. 32. D. 17. n. 4. idque in Galliâ, Hispaniâ, Angliâ, Scotiâ, apud Venetos, Helvetios, Rhætos obtinere, probat. Feschius. de Re Venat. part. 2. concl. 1. lit. d. Et quia Regalibus annumeratur, Magnif. Dn. Pras. Exam. jur. Feud. c. 9. q. 20. Menoch. Conf. 302. n. 31. Decian. Vol. 4. consil. 22. n. 22. Petr. Frid. lib. 2. de mand. c. 36. n. 7. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 18. n. 46. Ruland. de commissar. p. 4. lib. 2. c. 8. n. 3. Matth. Stephan. lib. 2. de jurid. p. 1. c. 7. n. 444. Knich. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum Saxonie. c. 5. n. 169. & de Vest. pact. lib. 2. c. 2. n. 35. Diss. Rudinger. Cent. 5. O. 63. n. 1. 2. Harprecht. ad §. fera. Inst. de R. D. n. 143. & seq. nemo venationis jure, nisi qui de eâ specialiter investitus, gaudet; Christ. Feschius de Re Venator. part. 2. concl. 3. lit. c. citans di Forst. Ordnung. Ferdinand. 1. de Ao. 1557. di Border. Oesterreichische Lande betreffend. §. Nemlich wo jemand. & Francisci. 1. Const. Francie de Ao. 1515. Adeò, ut si quis generaliter de jure Venandi investitus sit, minores tantum feras capiendi jus exercere possit. Magnif. Dn. Pras. Exam. jur. Feud. d. c. 9. q. 21. Schrad. de Feud. tom. 1. p. 3. c. 4. n. 47. Knich. de jur. territ. c. 1. n. 272. & de Vestit. paction. lib. 2. c. 2. n. 36. Carpz. d. P. 3. C. 32. D. 17. n. 14. & ib. Gosw. ab Esbach. remisiv. Unde cautela abundans hoc casu non nocet, l. non solent. 94. & l. quæ dubitationis. 81. ff. de R. I. ut exprimat speciatim si de utraq. quis investiatur; vel si de omnigenâ, ut omnia Venationum genera

genera specialiter enumerentur; quia sic investiens mentem magis præcisam & certam testatur. *Hyppolit. Riminald. Vol. 5. Consil. 513. num. 50. & seqq.* Exprimenda itaque erit, præter minorem (1.) Venatio Major. per allegat. (2.) Item Ursina, di Behren. Wolff. und Luchß. Jagd. *Knich. de Vest. pact. lib. 2. c. 2. n. 40.* quos tamen etiam à Rusticis in Sveciâ B. Dn. Helmsfeld. de Occup. *concl. 5. Ectb. 1. Germaniâ Rudinger. Cent. 5. O. 63. n. 3. & Galliâ liberè occidi tradit Andr. Knich. de V. Pact. lib. 2. c. 2. n. 48.* (3.) erit & exprimenda concessio Piscationis. *Harpr. ad §. fere. Inst. de R. D. num. 167.* (4.) & denique abundans Aucupii expressio non nocet, quia non semper sub generali Venationis concessione continetur. *Helfr. Ulr. Hunnius diss. de jure Venand. concl. 19. lit. b.* Si tamen cum castro aut sylvâ jus venandi concedi sit solitum. *Menoch. Conf. 1007. n. 23. Dn. Pras. in Exam. jur. Feud. c. 8. q. 17. B. Dn. Mev. ad J. L. p. 3. tit. 4. art. 6. n. 23. Vid. Alphons. Modit. in §. plebiscitum. Dubit. 101. n. 2. & concessio fiat: mit allen Herrligkeiten Sixtin. 1. de Regal. c. 5. n. 105. Meischn. tom. 1. lib. 1. decis. 32. n. 11.* aut adjectâ clausulâ: *nichtes außbescheiden / und alle andere Jura Dn. Pras. in Exam. jur. Feud. cap. 9. q. 27.* (quæ geminatio abundans casum alioquin improprium. *Nicol. Everh. in Topic. loc. leg. à vi geminat. 121. Jason. ad l. 1. §. nunciatio. ff. d. nov. op. nunc. n. 7. atque insolitum comprehendit, arg. l. tres fratres. 35. ff. de pact. l. sub pretextu. 29. C. de transact. & actum reddit eò efficacior, ut specialis expressionis locò fungatur. Menoch. Consil. 1007. n. 24. Cephal. conf. 463. n. 16. lib. 4. Gædd. in Conf. Marp. Vol. 3. Conf. 26. n. 29. 30. Card. Tusch. lit. C. cond. 308. per tot. & enixam voluntatem importet. Rudinger. Cent. 3. Obs. 85. Nicol. Noalis de transmission. Cas. 1. n. 80.) omisâ illâ expressionis abundantanti cautelâ nihilominus Venatio concessa videtur, arg. illorum, quæ tradit Magnif. Dn. Pras. in Exam. jur. Feud. cap. 8. q. 24. Secus est, si specialiter concedi consuevit; ita enim non expressa pro non concessâ reputatur. *Menoch. consil. 905. n. 31. Ruland. de commiss. part. 4. lib. 2. c. 8. n. 28. Georg. Morus. de jure Ven. part. 1. c. 2. n. 18.* quamvis adjecta fuerit clausula: *cum omnibus pertinentiis: Mynsing. resp. 39. n. 7. vel omni jure, quod Princeps inibi habet. Natta conf. 435. n. 6. Sixtin. 1. de Regal. c. 5. n. 77. & 81.* Denique cum Venatione concessâ, omnia il-*

la concessa videantur, sine quibus ea exerceri nequit, *arg. l. 2. ff. de jurid. Geill. 2. O. 68. n. 4. Casp. à Stein. de jure Venand. concl. 63.* colligunt exinde, fructus sylvestres in dubio ad eum spectare, cui Venatio in sylvis concessa est; Venatio enim sine feris, feræ sine pabulis subsistere nequeunt. *Gaill. & Casp. à Stein. ad. ll. Struv. syntagm. feud. cap. 6. aphor. 9. num. 3.* Verum nec hoc casu abundans cautela, exprimendo præter servitutis venatoriæ, etiam fructuum sylvestrium concessionem, minus commodè adhibetur; Diligentia enim & cauta providentia nemini damnosa est, *l. ult. C. de Alluv. & Palud. B. Dn. Mey. p. 3. l. L. tit. 4. art. 5. n. 33.*

23. Circa tertiam occupationis speciem, scil. Inventionem rectè quæritur: an apprehensio sit abundans cautela acquirendi rem inventam? Affirm. hoc *Dn. Pras. tract. de jur. Sens. Diss. 1. c. 3. n. 35.* de Thesauro, quem effodiens saltim visu sibi acquirit. *per Bachor. in comment. ad Treutl. Vol. 2. Diss. 20. tb. 2. lit. H. vid. Gloss. §. item lapilli. 28. verb. inventoris. Inst. de R. D. Vid. Just. Jünzerling. de Thesauris. concl. 39.* quamvis alias apprehensio sit necessaria in inventionem. *Dn. Pras. d. l. n. 33.* Unde si alter prior viderit, alter apprehenderit prior, illius, non hujus, res inventa erit. *Dn. Pras. d. tr. de J. S. Diss. 7. c. 2. n. 1. Sneid. ad d. §. item lapilli, 18. Inst. de R. D. nisi prior videns rem inventam, antequam ipse eam tollat, aut locò moveat, alteri præripienti demonstraverit. Dn. Pras. d. Diss. 1. c. 3. n. 34.* Nec obstat, quod per visum possessionem acquirere, & quasi apprehendere possimus. *Dn. Pras. d. Diss. 1. c. 3. n. 29.* nec quod oculus longa manus dicatur. *d. c. 3. n. 30.* quia hoc locò inventio pro apprehensione, *ut & in l. si Barsatorum. C. de fidejuss. & mand. quæ manibus, non oculis, fit, ut & in l. 5. pr. ff. ad L. Aquil. Bart. in l. Tutor qui repertorium. n. 11. ff. de adm. Tut. accipitur. Sneid. ad d. §. 18. n. 5.*
25. Altera species acquirendi Domini est *traditio*, quæ dicitur actus, quo Dominium ab eo, qui facultatem & animum aliquid transferendi habet. in alium accipientem transfertur §. 40. *Inst. de R. D. l. 9. §. 3. ff. de A. R. D.*
26. Superfluum itaque (1.) est, de traditione laborare, si ea res, quæ nullius antea fuit, possideatur; quæ enim nullius sunt, aut pro derelicto habentur, fiunt naturali ratione occupantis. §. *feræ 12. Inst. de R. Divis. l. 3. pr. l. 7. §. 7. ff. de*



de A. R. D. §. hoc amplius. 46. Inst. de R. D. & ibi Wesenbec. n. 2. (2.)  
 Superfluum est, rem ipsam tradere, quoties nuda transferentis  
 voluntas sufficit; §. interdum. 44. Inst. de R. D. l. quâ ratione. 9. §.  
 interdum. 5. ff. de A. R. D. l. 1. §. pen. ff. de acquir. poss. Veluti si res  
 commodata, locata, deposita ei, cui commodata, locata, deposti-  
 ta est, vendatur, donetur, aliove jure acquiratur, d. §. interdum. alia  
 exempla exhibentur in l. si servus. 21. §. 1. ff. de A. R. D. l. interdum.  
 21. l. 34. ff. de acquir. possess. l. si rem. 29. pr. ff. de Evict. & alibi (3.)  
 Abundans videtur Notariorum cautela, quam in instrumentis Ven- 27.  
 ditionis & traditionis adhibere solent: dedit Vendidit, tradidit; Bar-  
 tholom. Bertazol. claus. 16. gl. 1. n. 4. quia nihil ferè operatur, Paris.  
 Consil. 110. n. 45. 46. libr. 1. Marta tract. Claus. part. 2. claus. 16. n. 1.  
 & 4. nec transfert dominium Mart. d. l. n. 1. & §. nisi res sit in conspe-  
 ctu eo tempore, quo ejusmodi verba prolata; Marta. d. tr. part. 1.  
 cl. 189. n. 2. Cum tamen facultatem propriâ autoritate occupandi  
 augeat, Cravett. Consil. 245. in fin. Marta d. loc. n. 4. & part. 1. claus.  
 189. n. 1. & præsumtio inde pro instrumento oriatur, scil. revera  
 illam rem traditam fuisse; arg. l. optimam. 14. C. de contrab. stipul.  
 Eatenus utilis esse potest traditionis mentio in instrumento facta.  
 Barthol. Bertazol. Claus. 16. gloss. 3. n. 2. nec omitti debet, etiam si  
 posset esse superflua Bertazol. d. claus. 16. gloss. 1. in fin. arg. l. 15. §.  
 hoc edictum. 26. ff. de injur.

Tertia acquirendi Domini species est *accessio*, quâ id, quod 28.  
 rei nostræ accedit, nobis acquiritur, Struv. in Jpr. lib. 2. tit. 1. §. 31.  
 estque vel naturalis vel industrialis; Treutler. Vol. 2. disp. 20. th. 5.  
 ad illam spectat Alluvio, quâ, quod alterius fundo per flumen quasi  
 lambendo detractum, nostro adjicitur. Sneid. ad §. præterea. 20. Inst.  
 R. D. n. 2. unde illi, cui fluminis injuria detrahit, ripas, quibus  
 agri terminantur, munire licet, Zoes. ad. t. C. de Alluv. & Palud. quod 29.  
 si ex alterâ fluminis parte vicinis, cujus ager crescit, faceret, Cau-  
 tela illa abundans fraudis præsumtionem argueret & hodiè mul-  
 tis in locis, ad flumina sitis, id nemini cum detrimento Vicini fa-  
 cere licet, Dn. Link. de jurib. Flumin. cap. 2. concl. 38. verb. non au-  
 tem ripas. quod & Prætor in l. unic. ff. de rip. mun. innuere videtur,  
 concedens tuendi (non lucrandi) causa ripas munire sub hâc le-  
 ge, ut vicinis, etiam trans flumen accolentibus, de damno infecto

- satisdetur *d. l. unic. § 4. ff. de ripâ muniend. dissentire vid. Besold. in thesaur pract. Voc. Wasserflachten.* Ad industrialem accessionem spectat inædificatio *Treutl. d. l. th. 6.* quâ soli Dominus consequitur id, quod solo inædificatum est, *arg. l. adeo. 7. §. cum in suo. 10. ff. de A. R. D. §. 29. Inst. de R. D.* itâ ut, si quis sciens in alieno solo ex suâ materiâ ædificet, perdat materiam, eamque ne collapsa quidem ædificiõ vindicare possit; *§. ex diverso. 30. l. de R. D. & d. l. 7. §. 12. ff. de A. R. D.* unde superfluum esset pretium materiæ ipsi restituere, *l. si is contra quem. 1. C. de ædific. privat.* qui materiam donasse videtur. *arg. l. cujus per errorem. 53. ff. de R. I.* Illis verò, qui justam possidendi causam habent, Necessariæ impensæ sunt restituendæ, sicut & utiles certâ ratione; Voluptuarias, si sine læsione possint, tollunt, *Treutl. d. th. 6. lit. b.* Idem juris est in plantâ & arbore, quæ, simulacradices egerint, solo cedunt; *§. si Titius. 31. Inst. de R. Divis.*
30. An autem alienæ arbori ramos in fundum suum dependentes propriâ autoritate amputare vicinus possit? Distinguitur à Dd. quod regulariter id non liceat, *per l. si plures. 6. §. si arbor. ff. arbor. furt. cas.* liceat autem, si Vicinus, denunciatione præviâ, ipse ramos recidere nolit, *per l. 1. §. 2. & §. 6. §. 7. ff. de arb. cedend. VVissenbach. ad d. t. cujus denunciationis instrumentum requirit Capolla. de servit. urb. præd. c. 81. n. 4.*
31. Modos acquirendi Domini Civiles alii pauciores, alii plures fingunt; quæ discutere nostri hoc locò instituti non est; præmissis paucis de præscriptione quæstionibus, nonnullas de Donatione juxta Institutionum Imperialium manuductionem subjungere libet;
32. In Præscriptione (1.) abundat titulus à vero Domino acquisitus, perinde ut è contrario præscriptio abundat in traditione sub titulo legitimo à Domino facta *l. traditionibus. 20. C. de pactis.* nemo enim rem suam præscribit, & quod semel alicujus est, amplius ejus fieri non potest. *l. 14. §. 2. ff. de except. rei jud. §. sed si rem. 10. Inst. de Legat. §. sic itaque. 14. Inst. de act. (2.) abundat (a) titulus omnino in præscriptione tanti temporis, cujus non existat memoria c. 1. in fin. de præscript. in 6. hoc enim juri legitime constituto æquiparatur. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æstiv. (b) in præscriptione longissimi temporis scil. XXX. vel XL. annorum l. 8. §. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annor. quippe & hic præsumitur (c) in*

(c) in præscriptione rerum incorporalium; in iis enim sufficit scientia & patientia adversarii *l. si quis diuturno* 10. *pr. ff. si serv. vind. l. 2. C. d. serv. & aq.* (3.) Cautela est abundans, ut excipiens de præscriptione bonam fidem probet *arg. l. verius. 21. ff. de probat. Gloss. in §. namque si cui. verb. dicit. vers. sed tantum duo. Inst. de act. quia ea semper præsumitur. l. pen. C. de Evict. Gloss. pr. Inst. verb. qui bonâ fide Inst. de usucap. & long. temp. præscr. nisi de antiquiori possessione constet, aut jus commune possessori resistat. Bart. in l. Celsus. ff. de Usucap. n. 17. Card. Tusch lit. B. conclus. 99. n. 10. Et quilibet in dubio præsumitur bonus. c. unic. X. de scrutin. in ordin. fac. c. fin. X. de Præsumt. arg. l. cum pater. 77. §. 25. ff. de Legat. 2. Card. Tusch. lit. B. concl. 123. n. 1. Oldendorp. Class. 3. act. 3. rubr. intent. actor. n. 7. Alciat. Reg. 3. præsumt. 3. n. 3. Unde alleganti malam fidem incumbit probatio, intendens verò bonam fidem probatione non est gravandus. Oldendorp. Class. 2. act. 4. rubr. defens. rei conv. n. 2. Magnif. Dn. Præs. in Exam. Jur. Feud. c. II. q. 8. in fin.*

(4.) In præscriptione tanti temporis, cujus initium memoriam excessit, cautela abundans est, b. fidem allegare. Card. Tusch. lit. B. concl. 99. n. 25. qui enim præscriptionem allegat, omnes ejus necessarias partes (quarum potior est b. f.) allegasse præsumitur, *arg. l. quæ de tota. 76. ff. de Rei Vendic. de jure civili planè bonam fidem in præscriptione immemoriali ut abundantem non requirunt Dd. per l. sicut. 3. l. omnes. 4. & l. si quis. 8. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Castrens. Vol. 1. Consil. 169. col. 2. Menoch. lib. 3. præsumt. 130. n. 17. & 18. B. Dn. Mev. F. 3. jur. Lub. tit. 4. art. 4. n. 9. Contrarium de jure Canonico obtinere videtur ex c. Vigilanti. 5. & c. fin. X. de præscript. c. possessor. 2. de R. 1. in 6. vid. Dn. Præs. in Exam. j. Feud. c. 10. q. 8. B. Dn. Mev. d. l. Denique ut tacitus Domini alienare volentis consensus in præscriptione sufficit, Dn. Præs. in Exam. jur. Feud. c. II. q. 12. ita Donatio veram & expressam Domini liberalitatem & consensum requirit. l. 6. l. 10. l. 30. C. de donat.*

Donationum varia sunt genera: præcipue distinguuntur in Donationem mortis causa, & donationem inter vivos. *pr. Instit. de Donat. Illa V. requirit testes l. fin. C. de donat. caus. mort. Recess. Imp. Colon. de Ann. 1512. tit. von Testamenten. 5. und sollen di Notarien Auffmerkung haben/ vers. aber in Codicillen. Pruckmann. Vol. 1. Consil.*

35.

36.

37.

- Consil. 12. n. 66. & n. 163. Consil. 13. n. 122. & Consil. 34. n. 16. Dn. Pras. in tr. de jur. Sens. disp. 2. c. 3. n. 35. jung. Berlich. in concl. pract. part. 3. Concl. 2. n. 7. & seqq. qui si adfuerint, Cautela abundans erit, eam scripturâ vel insinuatione apud Acta firmare. d. l. fin. C. de Donat. caus. mort. Sneidew. Inst. de Don. mort. caus. n. 20. in fin. Claud. Cantiuncula Consil. 35. n. 57. Laurent. de Pinu Consil. 65. n. 15. Ut & in aliis Donationibus 500. solidos non excedentibus Laur. de Pinu Consil. 81. n. 17. regulariter cautela abundans est, actis eas insinuare, l. pen. §. 3. C. de Donat. quod ampliat in X. calibus Sneidew. Inst. de Donat. inter vivos n. 27. & seqq. Gloss. ad §. alie. verb. invenit. Inst. de Donat. Gaill. 2. O. 39. num. 24. Si vero donatio sine insinuatione facta, definitam in lege summam excedat, resecto superfluô, ea de cætero valet. l. sancimus. 34. pr. & §. 1. C. de Donat.
39. Si Donationes actis insinuentur, iterum Cautela est abundans (1.) Vicinos aliosve testes adhibere; quia superfluum est privatum Testimonium, cum publica monumenta sufficiant. l. 31. C. de Donat. Gloss. §. alie. verb. insinuationem. Inst. de Donationib. (2.) prævia causæ cognitio, Gaill. 2. Obs. 39. num. fin.
- 40 In Donatione mortis causa probè cavendum, ne tales clausulæ abundant, quæ Donationem mortis causa factam mutant in Donationem inter vivos. Claud. Cantiuncula Consil. 16. n. 117. seqq. quales sunt (1.) Das er solche Übergabe stät/ fest/ und unwiderrufflich halten wolle; Ejusmodi enim donatio, non obstante mortis mentione factâ, censetur pro Donatione inter vivos. l. ubi ita donatur. 27. ff. de mort. caus. donat. Idemque obtinere verius est, (2.) Si verba contractuum: verheissen und zugesaget/ (3.) Juramentum de non revocando, (4.) Donationem ob benemerita factam esse; & similes cautelæ abundantes adjiciantur. B. Dn. Brunnem. Cent. 5. Decis. 84. n. 4. quia ejusmodi cautelæ sunt contra substantiam donationis mortis causa factæ per ea, quæ sup. c. 1. n. 103. & seqq. exhibita. jung. Sneidew. Inst. de Donat. mort. caus. n. 4. In omnibus autem Donationibus simplicibus revocationi propter ingratitudinem locus est. l. 1. l. 7. l. 9. & l. fin. C. de Revoc. donat. adeò, ut superflua adjectio pacti, quod donatio etiam ob in gratitudinem nullo modo revocari debeat, non impediat, quo minus ingratus existens donatarius donatis iterum rebus privetur; quia  
pacta

pacta contra bonos mores non valent, *l. pacta que contra. C. de pact. l. si unus. 27. §. pacta. 4. ff. de pact. & quæ paciscentem invitant ad delinquendum. l. illud. convenire. 5. §. 1. ff. de pact. dotal. & d. l. si unus. §. pacta. ff. de pact.* Id autem omnino requiritur in Instrumentis, ut exprimantur, (si Donatio remuneratoria esse debeat) obsequia, merita, & officia, quibus motus ea in Donatarium conferre voluerit *per. l. Aquilius. 27. ff. de donat.* Inter personas prohibitas, ut maritum & uxorem, si quid donatum, traditum, & morte confirmatum fuerit; *l. 32. §. 1. 2. 3. ff. de Donat. inter Vir. & uxor. Zoef. ad. tit. C. eund. quest. 13. B. Dn. Mey. ad J. L. p. 1. tit. 6. rubr. n. 56.* Superflua est & meritorum expressio, & probatio falso adjectorum *Card. Tusch. lit. A. concl. 67. n. 29.*

42.

Hisce quadantenus expositis; de altero *jure in Re* live *Servitute. l. 13. §. 1. ff. de damno infecto.* agendum sequitur, quæ est vel rerum, ut rusticorum & urbanorum prædiorum, *l. 1. ff. de Servit. pr. & §. 1. Inst. de Serv. præd. vel Personarum,* quæ consistit in usufructu, Usu & habitatione *d. l. 1. ff. de Servit. & §. 1. Inst. de Usufr. & de us. & habit.* Cum autem (1.) in dubio quælibet res præsumatur libera, *Schurff. Cent. 1. Consil. 69. n. 1. Alciat. lib. 2. presumt. 3. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. c. 4. n. 161. B. Dn. Mey. ad jus Lub. lib. 3. tit. 12. art. 7. n. 23. Magnif. Dn. Pres. Exam. jur. Feud. c. 2. q. 7. quia libertas, non servitus, ex jure naturali & ipsa quasi naturâ oritur. c. jus naturale. 7. dist. 1. Card. Tusch. lit. S. concl. 227. n. 3.* superfluum erit, ut quis contra servitutum, licet actor, libertatem probet; *l. si in edibus. 9. C. de Servit. & aqu. probanda igitur est servitus Gaill. 2. O. 69. n. 3. nec (2.) sufficit, quod ea pacto alterius acquisita probetur; quia supervacuum est, pro altero servitutum stipulari per text. expr. in l. proprium solum. 5. ff. Commun. præd. (3.) é contrariò si alicui actus concessus probetur, superfluum erit probare, quod ipsi iter debeat, quia qui actus etiam itineris servitutum habet. *l. 1. pr. ff. de serv. præd. Rust. pr. Inst. de Serv. Capoll. de Servit. Rust. præd. c. 2. n. 2.* (4.) Idemque est; si via concedatur; nec enim iter, nec actus denegari poterit. *d. l. 1. pr. ff. de Serv. Rust. præd. & pr. Inst. de Servit. Capoll. d. tr. c. 3. n. 1.* (5.) Unde patet, quod, si servitus actus fuerit concessa in locò adeò angustò, qui itineri solum sufficiat, non officiat illa superfluitas in conceden-*

43.

44

45

46

- cedendo, quo minus itineris servitutem exercere possit. *Capoll. d. tit. c. 2. n. 7. (6.)* Contrariam hisce quæstionem exhibet *l. is cui via. ii. pr. ff. quemadm. serv. amitt.* an scil. per abundantem & superfluum usum concessæ servitutis, nempe amplius oneris vehendo, plura jumenta agendo, quàm licebat, peccans servitute sit privandus? & Resp. legislator, *in d. l. is cui via. ii. ff. quemadm. serv. amitt.* servitutem quidem ipsi propterea adimi non posse, plura autem jura, superfluò hoc exercitiò eum non acquirere. *Capoll. d. c. 2. n. 11. (7.)* Denique concessa servitute pascendi *omnia pecora*, Cautela est abundans, quasvis species enumerare, ob generalitatem Verborum; Omne enim qui dicit; nihil excludit. *l. 68. pr. ff. de Legat. 3. l. à procuratore. C. mandat. l. 52. ff. de leg. 1. Menoch. Conf. 156. n. 23. & consil. 202. n. 23. Barthol. Bertazol. tract. claus. c. 4. gl. 3. n. 1. & pecoris appellatione quadrupedes omnes continentur, quæ gregatim pascuntur. l. legatis. 65. §. 4. ff. de Legat. 3. Paul. lib. 3. sent. tit. 6. §. 73. Capoll. de Servit. Rust. præd. cap. 9. n. 2.*
- 47  
48  
49  
50
- In Urbanarum itidem servitutum, in specie Stillicidii avertendi concessione (1.) Cautela est abundans, lege traditionis: *Stillicidia, uti nunc sunt, ut ita sint*, adjectâ, expressè cavere: impostam vicinis stillicidiorum excipiendorum necessitatem; quamvis enim ambiguitas quædam exinde redundet; id tamen, nisi contrarium nominatim actum fuerit, in aliis etiam servitutibus obtinet. *l. si arborem. 17. §. hæc lex. 3. & seq. ff. de Servit. præd. urb. (2.)* Eadem ferme ratio concedendi oneris ferendi servitutem: *Paries oneri ferendo, uti nunc est, ita sit*; non indiget abundantanti expressione ejusmodi parietem in perpetuum fore, *l. eum debere. 33. ff. de Servit. præd. urb. (3.)* quod fallere videtur in constitutione servitutis ne luminibus officiat, quia hic de futuris, si adjiciantur verba: *quæ nunc sunt*, non cavetur. *l. si servitus. 23. ff. de servit. urb. præd.*
- Amittuntur servitutes multis modis; ut confusione *l. 1. ff. quemadm. serv. am. junct. l. 26. ff. de Serv. præd. urb.* omnimodò rei servientis interitu. *l. 14. pr. ff. quemadm. servit. am. non usu l. 13. & l. fin. C. de servit. & aq. l. 6. ff. quemadm. servit. am.* renunciatione vel expressâ, *l. 14. §. 1. ff. de servit.* vel tacitâ, ità ut cautela abundans sit, expressè servitutem remittere, si permissum fuerit

erit jus in eâ areâ ædificandi, in quâ servitus stillicidii immittendi fuit olim concessa. *l. si stillicidii. 8. ff. quemadm. servit. amitt. l. 6. ff. de servit. præd. urb.* quamvis secus sit in acquisitione servitutis, ibi enim non sufficit, non contradicere, sed expressus requiritur consensus. *l. 5. ff. de serv. præd. urb.* quia libertatis major quam servitutis favor. *notab. l. Arrianus 47. ff. de O. & A. l. 28. pr. ff. de Statulib. l. 10. in fin. ff. de manum. test.*

Si usufructus legatus fuerit, supervacuum erit, vel eas conditiones adjicere, vel reservare, sine quibus is consistere nequit. Ut si ita legetur, ne hæres viam vel iter præstare cogatur, inutilis erit ademptio & pro non adjectâ habebitur. *l. si fundo. 1. §. 1. ff. si usufr. pet.* Usufructum nemo consequitur, nisi satisdederit, se boni viri arbitrato usurum fruiturum, & proprietatem in casum finiti usufructus restitutorum. *l. 13. pr. ff. de usufr. l. 1. pr. & §. 1. & l. 7. pr. ff. usufructuar. quemadm. cav. B. D. Mey. ad J. L. part. 2. tit. 2. artic. 8. n. 81. B. Dn. Brunnem. Cent. 4. Dec. 83. n. 4. Oldendorp. Class. 3. act. 6. rubr. formul. petend. caut. §. hic autem. & rubr. intent. actor. num. 3. dicit non esse superfluum actionem hujus cautionis.* Abundat autem hæc cautio (1.) in Donatore, qui reservato usufructu donavit. *Mysing. 5. Obs. 36. per tot. Gaill. 2. O. 145. in fin. (2.) in fisco, qui præsumitur dives. l. 1. §. 18. ff. ut legat. seu fideicomm. caus. cav. l. 2. in fin. ff. defund. dot. (3.) in patre circa bona adventitia filii. l. fin. §. 4. in fin. C. de bon. que lib. Gaill. 2. d. O. 145. n. 13. ubi n. 12. alios duos modos addit.* Ab usufructu differt usus multis modis; inter quos reputatur, quod usufructuarius in ædibus non solum habitare, sed & alios recipere, ædesque locare possit. *l. 12. §. 2. ff. de usufr.* In usu verò vix hospitem recipere & cum uxore, liberis ac libertis habitare licet. *§. 2. Inst. de us. & habit. l. 2. l. 3. l. 4. ff. eod.* quid autem, si maritus decedens leget viduæ suæ usum ædium, an & ipsa nubere, & ædium usum retinere potest? Videbatur quidem negandum, quia, quæ secundo nubit, desinit esse vidua; & legata hac conditione relicta, ne secundas ineat nuptias, contractis nuptiis amittuntur. *Auth. cui relictum. C. de indict. Viduit.* Attamen succurritur hoc casu viduæ, ut tantum abundans sit cautela, ipsi nominatim usum cum futuro marito legare. *per. l. 4. §. 1. ff. de usu & habit.*

51.

52.

53.

54.

H

Sequi.

- §5. Sequitur jus hæreditarium, quò succeditur in univèrsum jus, quod defunctus habuit. *l. 24. ff. de V. S. l. 62. ff. de R. I.* quod vel per testamentum vel ab intestato defertur. *S. fin. Inst. per quas person. cuiq. acq. l. 16. §. 1. C. de Testament. l. quam diu. 29. ff. de acquir. vel om. hæred. l. antequam. 8. C. comm. de success. l. quam diu. 89. ff. de R. I.* Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. *l. 1. ff. qui testam. fac. poss.*
- §6. Hoc ne malitiosorum fraudibus exponeretur, voluit Imperator modis omnibus præcavere *l. 12. C. de Testam. §. 4. Inst. de Testam. ordin. l. hac. consultissimâ. 8. circ. fin. C. qui testam. fac. l. questionem. fin. C. desidei comm. Mantic. de conj. ult. Vol. lib. 2. tit. 14. n. 10.* quanto majus enim præjudicium vertitur, tantò cautius est agendum. *Nov. Leon. 109. & in modicis, ut & minimis solemnitas abundaret vel noceret. Card. Tusch. lit. S. concl. 332. n. 1. vel ad minimum neglecta non vitiaret. Card. Tusch. d. l. concl. 330. n. 17. 18. arg. l. 1. §. fin. ff. de insp. ventr.* Unde Magnus Superfluitatum quidem & abundantium cautelarum campus circa testamenta se offert, adeò ut si eas saltem omnes referre satagerem, vix totidem pagellæ sufficerent; verum ne iniquâ prolixitate distrahar, pauciores saltem materiarum potissimarum quæstiones breviter recensebo.
- §7. Cum autem imprimis animadvertendum sit, an is, qui testamentum fecit, habuerit Testamenti factionem; deinde, si habuerit, requirendum, an secundum Regulas juris civilis sit testatus. *per l. 4. ff. qui testam. fac. poss. & l. 14. pr. ff. de jur. Codicill. prius de Personis testamenta ordinantibus, deinde de requisitis eorum dicendum erit; Quoad Personas, omnes Testamenta condere possunt, qui non prohibentur; Prohibentur autem, quidam ob potestatem, quâ aliis sunt subiecti; quidam ob defectum animi &c. Sneider. pr. Inst. quib. non est perm. fac. test. n. 3.*
- §8. Illud dubium videtur, an cum minor, *B. Dn. Mey. ad J. Lub. lib. 1. tit. 7. artic. 6. n. 1. Carpzov. P. 2. C. 15. def. 25. n. 10. Dn. Anthon. Scheffel. de etat. jur. cap. 3. concl. 69. & uxor de jure Saxon. sine Tutoris curatorisve autoritate obligari nequeat. Carpz. d. l. n. 9. & P. 1. C. 15. D. 1. iidem sine Curatoris autoritate testari possint? Quoad minorem abundat autoritas Curatoris in testamentis ordinandis l. si frater. 4. C. qui Testam. fac. poss. l. 20. §. 1. ff. de*



ff. de liberat. legat. Zoes. ad t. C. qui testam. fac. poss. quest. 6. & Naurath. lit. G. B. Dn. Mev. ad jus Lub. p. 1. tit. 1. artic. 1. n. 16. Idemque obtinere in mulieribus, affirmat. Carpzov. part. 2. Const. 15. defin. 10. quia ultima voluntas non potest ex alieno arbitrio pendere, nec Curator, ut morienti, sed viventi consulat, datus est. secund. Gloss. in l. 3. & d. l. si frater. 4. C. qui testam. facer. poss. B. Dn. Mev. adj. L. P. 2. t. 1. art. 4. n. 8. Si tamen adhibita fuerit ejusmodi solemnitas non necessaria nec à lege requisita, non vitabitur exinde Testamentum; per ea quæ tradit Rimmald. lib. 4. conf. 417. n. 33. & seqq. vid. & Vol. 5. Consil. 555. n. 142. Statutis verò Hamburgensibus requiri curatoris auctoritatem in minore 18. annis tradit. Magnif. Dn. Mev. ad J. L. part. 2. tit. 1. art. 1. n. 18. Et uxorem sine Mariti consensu aut agnatorum auctoritate de jure Lübecensi testari non posse, asserit Gaill. 2. Obs. 117. n. 1. B. Dn. Mev. d. lib. 2. tit. 1. art. 10. n. 61. & artic. 14. per tot.

Quoad requisita (1) in testamentis ordinandis Solemnitates adeò necessariæ sunt, ut unica neglecta testamentum vitiet, l. si unus, 12. C. de Testam. l. heredes palam. 21. §. 2. & l. seq. §. 4. ff. qui test. fac. poss. l. 1. ff. de in just. rupt. & irrit. Card. Tusch. lit. S. d. concl. 330. n. 2. nec Imperator quidem ex testamento juris solemnibus destituito hæres fiat; l. ex imperfecto. 3. C. de testam. l. 23. ff. de Legat. 3. Quod tamen non obtinet in testamentis Privilegiatis; in iis enim cautela abundans est, omnes adhibere solemnitates; Carpz. P. 3. const. 4. defin. 36. Besold. ad part. 3. jur. provinc. Würtemb. concl. 38. & seqq. ut (1.) in testamento inter liberos. l. hæc consultissimâ. 21. §. 1. C. de testam. B. Dn. Mev. p. 2. J. L. tit. 1. artic. 2. n. 14. B. Dn. Brunnem. Cent. 2. Dec. 59. n. 9. Ayrer Process. histor. p. 1. c. 2. Obs. 1. n. 14. Gaill. 2. O. 112. n. 2. (2.) in testamento militis. l. 2. ff. de testam. milit. pr. Inst. eod. Gaill. 2. O. 118. n. 1. Treutler. 2. disp. 10. th. 6. B. Dn. Mev. d. p. 2. tit. 1. art. 2. n. 40. Wesenb. ad ff. de Test. milit. n. 2. (3.) Rustici l. fin. C. de Testam. B. Dn. Mev. d. p. 2. tit. 1. art. 2. n. 52. B. Dn. Brunnem. Cent. 4. D. 93. n. 3. Naurath. ad Zoes. tit. C. de Testam. lit. C. Magnif. D. Pres. in spec. diff. de testament. Rustic. cap. 1. n. 17. & 24. quibus de jure Cau. licet testari saltem coram Presbytero seu Parocho & duobus testibus. c. cum. esses. 10. X. d. Testam. Carpzov. P. 3. C. 4. D. 40. n. 9. & d. disp. de Test. rust. c. 5. n. 3. & 14. Sneid.

- de solemnī testamento. *Inst. de Testam. ordin. n. 19. [4.]* tempore pē-  
stis condito. *B. Dn. Brunnem. Cent. 2. Dec. 63. n. 3. Ayres process. hi-*  
*stor. p. 1. c. 2. Obs. 1. n. 18. B. Dn. Mev. d. l. n. 44. Gaill. 2. O. 118.*  
*n. 18. [5.] ad pias causas factō. c. relatum. 11. & c. cum esses. 10. &*  
*ibi Canonistæ. X. de Testam. B. D. Mev. d. l. n. 55. Naurath ad. Zoes. d.*
61. *l. lit. H. per Tiraq. de priv. pia caus. Ayres d. l. n. 13.* Quamvis, si  
fieri possit, ut omnes commodè solemnitates adhibeantur; Cau-  
tela hæc abundans utilior sit, quam quod noceat; *l. testamentum.*  
*17. C. de Testam. l. 3. ff. de Testam. milit. Cum, quia testes totidem*  
*non requiruntur, si adhibeantur minus idonei, non vitietur testa-*  
*mentum. Card. Tusch. lit. A. concl. 67. n. 20 per Jason. in l. vinum. n. 33.*  
*in fin. ff. si cert. pet. Et regulariter in testamentis potius super-*  
*fluitas admittitur, quàm ut voluntas testatoris tollatur. l. 17.*  
*C. de Testam. Card. Tusch. lit. S. concl. 895. n. 54. Card. Mantic. de*  
*conj. ult. Vol. lib. 3. tit. 6. num. 14. Cravett. Vol. 1. Consil. 25. n. 30.*  
*vers. ex præmissis. arg. l. si servo. 26. §. 1. ff. de adim. vel transf. leg.*
62. (II) Abundat in Testamento Scripturæ ordinem adeò strictè ob-  
servare, ut prius hæres instituatur, deinde legetur, quod antiqui-  
tati placebat. *§. ante heredis. 34. Inst. de Legat. l. ambiguitates. 24.*  
*l. præposteræ. 25. C. de Testam. l. 1. pr. ff. de hered. inst. l. jubemus. 29.*  
*pr. C. de Testament. Voluntas enim testatoris est quasi regina eo-*  
*rum, quæ ex ipsius arbitrio dependent, l. in conditionibus. 19. pr. ff.*  
*de Condit. & Demonst. Card. Mantic. d. 17. lib. 6. tit. 14. n. 3. neq;*  
*Ordo scripturæ impedit causam juris ac Voluntatis, l. cum pater.*  
*77. §. fidei tuæ. 12. cum nec præposteræ stipulationum concepti-*
63. ones vitient. *§. item, si quis. 13. Inst. de inutil. stipul. (III) Super-*  
fluum seu cautela Abundans est in testamento scripto, uno eo-  
demque tempore exigere testatorem & testes adhibere. *l. hæc con-*  
*sultissima. 21. C. de Testam. Quia sufficit, Testibus scripturam clau-*  
*sam involutamque proferri, & declarari à testatore, id suum esse*  
*testamentum, Carpz. P. 3. C. 3. D. 2. n. 8. Naurath ad. Zoes. tit. C.*  
*de Testam. lit. b. & hanc potissimam esse rationem l. Cajus. Sejus. 39.*  
*in fin. ff. de pign. act. auguror; & tutius utiliusque est, ut abundan-*  
*ti hæc cautelâ abstinemus, duabus de causis (1.) ne hi, qui ex-*  
*clusos se cognoverint, fatali odio testatorem prosequantur (2.) hi*  
*vero, qui sibi quid legatum cognoverint, procurent testatoris mor-*  
*tem,*

tem, Sneider. rubr. de solemn. instrum. n. 2. & 3. Inst. de testam. ordin. Mantic. d. tr. lib. 7. tit. 1. n. 34. Unde & supervacuum esse. ut testes hæredum nomina, quæ testator ipse in qualicumque testamenti parte scripsit, expriment in subscriptione, vult *l. jubemus. 29. C. de Testament.* (IV) Filii quidem regulariter aut nominatim hæredes instituti, aut exhæredari debent. *l. jubemus. 29. C. de Testam. pr. & §. 1. Inst. de exhered. lib. Ulpian. tit. 22. §. 20.* quod tamen abundat (1.) si quis unicum habens filium eum *nominatim* exhæredet, *l. 2. ff. de lib. & posth. hered. instit.* cum & inter plures non nominatus possit exhæredari *l. 3. §. in eo, qui. 5. ff. de lib. & posth. hered. instit.* abundat &, pronomem & cognomen filii exhæredandi exprimere. *l. 1. ff. de lib. & posth. hered. instit.* (2.) si filium emancipatum quis olim de jure civili exhæredaret. *§. emancipatos. 3. Inst. de Exhered. liber. Ulpian. d. t. 22. §. mancipatos. 23.* (3.) Si adoptatum extraneum quis nominatim exhæredet. *l. pen. §. sed ne artic. 1. C. de adopt. §. sed ea omnia. 14. Inst. de hered. quæ ab intest.* Secus est in arrogato, cui quarta debetur *ex l. Papinianus. 8. §. si quis impubes. 15. ff. de inoffic. test.* (4.) Si liberi naturales nominatim exhæredati fuerint. *arg. Auth. licet Patri. C. de Natural. lib. Nov. 89. c. 12. §. 3.* (5.) si Spurii. *§. vulgò quæsitos. 4. Inst. de success. cognat. Forster. lib. 6. success. c. 47. n. 4. Vincent. Fusar. Consil. 122. n. 3.* qui sub nomine Domus non continentur. *Menoch. 4. Præsumt. 88. n. 13. Mynsing. 1. obs. 35.* (6.) si ex complexu nefario & incesto geniti. *Auth. ex complexu. C. de incest. & inutil. nupt.* (7.) Denique, si quis collaterales proximiores, ut fratrem aliosve nominatim exhæredes faciat. *§. non autem. 1. vers. Soror. Inst. de inoffic. Testam. Brandenstein. de Testam. & ult. Vol. concl. 97. Mantic. de conj. ult. Vol. lib. 4. tit. 10. n. 2.* Quibus & illud adjici congruit, quod superfluum sit, filium post mortem suam exhæredare, *ut in l. 13. §. fin. ff. de lib. & posth. hered. instit.* (V) An autem in exhæredatione supervacuum sit in specie gravem exhæredationis causam exprimere? Negat *B. Dn. Brunnem. Cent. 5. Det. 44. pert tot.* ita ut nec ejusmodi exhæredatio sufficiat, *Er slosse N. als einen undankbaren und Ungehorsamen / wegen zugefügter Schmach und Übels / auß / wolle denselben zu seiner Verlassenschaft nicht zugelassen haben / etiam si injuria illata postea ab hærede in specie probetur.*

64

65.

- betur. *Dn. Brunnem. d. l. n. 7. Card. Mantio. de coniect. ult. Volunt. lib. 4. tit. 12. n. 37. Treutler. Vol. 1. disp. 13. th. 10.* Quod aliàs, si causa exhæredationis expressa sit, regulariter ab eo requiritur, *Mantic. d. loc. n. 35.* & filio in defectu probationis licentiam impu-  
 66 nandi testamentum tribuit, *Hahn. ad VVesenb. ff. de lib. & Posth. hæred. inst. n. 5. verb. ceteroquin testamentum (VI)* Circa Hæredis institutionem (1.) Si ita Hæres instituatur. *Lucius Titius mihi hæres esto, abundet & mihi, & Titius. per. l. 1. §. 3. ff. de hæred. instit. (2.)* si quis scripserit *Stichus liber esto, & si liber erit, hæres esto. abundat. si liber erit. per l. 51. & l. 9. §. 14. ff. de hæred. instit. (3.)* Eadem erit ratio, si scribatur: *Publius Mævius, si volet, hæres esto,*  
 67 abundat enim *si volet, per l. verba hæc. 12. ff. de condit. instit.* quia ea, quæ tacitè intelliguntur, supervacuè exprimentur; *d. l. 12. ff. de eond. instit. & l. Cornelius. 69. ff. de hæred. instit. l. non rectè. 3. C. de fidejuss. & mandat.* hæc tamen adjectio: *si volet:* id in necessariis hæredibus operatur, ut arbitrium abstinendi habeant, *d. l. 12. ff. de condit. instit. l. jam dubitari. 86. §. fin. & l. Cornelius. 69. ff. de hæred. instit. & nisi voluerint, non transmittant. Zoes ad t. C. de his quæ, ante ap. quest. 5. (4.)* Supervacua est institutio hæredis vel ex certo tempore, vel ad certum tempus. *§. hæres. 9. Inst. de hæred. instit. l. hereditas. 34. ff. eod. Mantio. de conj. ult. Volunt. l. 4. t. 6. n. 1, nemo enim & testatus & intestatus decedere potest. l. 7. ff. de R. I. quam Reg. limit. Bronchorst. IV. casib. confer. P. Fab. & VVissenb. ad d. l. licet ipse testator scripserit, se pro parte intestatum decedere velle; nemo enim cavere potest, ne leges in suo testamento locum obtineant, l. nemo potest. 58. ff. de Legat. 1. Carpz. P. 3. C. 3. D. 9. n. 8. & potius toleratur superfluitas, quàm ut testator voluerit illiciti quid disponere. Riminald. consil. 509. n. 76. & 85. & Consil. 588. n. 10. & seqq. (5.)* Cum jurisjurandi conditio hæredum instit. adjecta, pro non inserta habeatur, *l. 8. pr. ff. de condic. instit.* de hoc jure jurando remittendo Prætorem adire supervacanea erit cautela. *d. l. 8. §. fin. ff. de condic. instit. l. 12. §. 2. ff. de manumiss. testam. l. 20. §. 1. ff. de Testam. milit.* Et obiter hîc notandum, quod, cum juramentum à defuncto præstitum non obliget animam hæredis, *Fab. Turret. de effect. claus. Codicill. quest. 141. n. 4.* cautela abundans  
 68. sit,

fit, absolutionem petere. *per Paris, lib. 3. Consil. 75. n. 21. & seq. Card. Tusch. lit. A. concl. 67. n. 30.* quamvis ob timorem peccati abundantia facilè admittatur, ad illud evitandum. *Card. Tusch. concl. 68. n. 4.*

(6.) Olim abundabat, legitimam titulo Institutionis relin- 70.  
quere; quia quovis modo relinquere poterat §. *fin. Inst. de inoffic. testam.* ubi recepta est Ulpiani sententia in *l. Papinianus, 8. §. si quis mortis. 6. ff. de inoffic. testam.* contra quod sensit Julianus ICtus in *l. 27. §. 12. ff. ad sc̄t. Trebell.* Verum hujus Sententiæ jure novissimo subscriptum est, *per Nov. 115. c. 3. pr. & c. 5. pr.* quam sequitur communis Dd. & magis recepta opinio. *Gaill. 2. O. 112. n. 11. Carpz. P. 3. C. 9. D. 1. Sneidew. n. 3. Nicas. de Værd. n. 3. Giphanius. & Gloss. verb. jure legati. ad §. ult. Inst. de inoffic. testam. Wesenb. & Habnius. n. 6. ff. eod. Naurabt. ad Zoes. lit. f. C. eod. Treutl. Vol. 1. Disp. 13. th. 12. Nebel. disp. 6. them. dub. 3. Oldendorp. Class. 5. act. 2. rubr. quen. hod. circ. quer. n. 3. Marta tract. de Claus. part. 3. claus. 48. G. Köppen Contrav. quest. 13. Weydenkopf. de Legitim. concl. 65. B. Dn. Mey. ad J. Lub. part. 2. tit. 1. artic. 12. n. 10.* quia titulus institutionis est honorabilis *l. fin. C. de lib. præterit. l. sed & si. 3. §. 2. l. 5. §. sed & si. 6. ff. de Legat. præstand. l. fidei commissa. 11. §. 20. ff. de Legat. 3. dilectionem designans, l. si Patronus. 4. in fin. ff. de confirm. tut. & ob jus accrescendi utilis, Gloss. & Dd. d. loc. Ruding. Cent. 1. Obs. 28. n. 2. Mercurial. Merling. decis. Rot. Rom. 27. n. 3. (quæ ejus tract. de Legitim. annexæ) Unde & hanc in Testamento inter liberos obtinere volunt *Gaill. d. l. Carpz. part. 3. C. 4. D. 21. B. Dn. Mey. part. 4. Dec. 14. Nebel. d. l. lit. a.* Abundat autem hîc (a) jus accrescendi ipsi institutioni expressè adjungere; quia illud à lege ex tacito testatoris judicio dependet, *Mantic. de conject. ult. Volunt. lib. 4. tit. 12. n. 2. 7. & 8.* Unde nec à testatore quidem prohiberi potest, *arg. l. nemo potest. 55. ff. de Legat. 1. Mantic. d. l. n. 6.* (b) Cautela est abundans, totam legitimam institutionis titulo relinquere, quia ad supplementum competit actio, de quâ *Oldendorp. ad l. omnimodo, & l. scimus. C. de inoffic. testam. Class. 5. act. 3. Nebel. d. l. Carpz. d. P. 3. C. 9. D. 1. n. 6.* (c) abundat, expresse verba; ut *boni viri arbitratu suppleatur*: adjicere, *per d. l. omnimodo. 30. & l. scimus. 36. pr. C. de inoffic. Testam. Giphani. ad §. 3. in fin. verb. licet non fuerit. Inst. eod.**

71.

cod. (d) nec non expressè verba: *institutionis*: adhibere. B. D. Mev<sup>o</sup> ad. J. Lub. d. l. n. 11. sed sufficit, si Testator in Testamento dixerit: *Pro legitimâ filio meo Centum relinquo*. Verbum *relinquo* enim nullo alio hærede instituto trahitur ad institutionem Bartol. ad Nov. 1. c. 1. §. & hæc quidem. 2. & nemo præsumitur elegisse viam ad infirmandum suum iudicium. l. 3. ff. de Testam. milit. & in dubio ea interpretatio admittenda, per quam disponentis voluntas valeat, non pereat. l. 12. l. 21. ff. de reb. dub. l. 10. ff. de inoffic. Test. l. 12. ff. de R. J. (e) abundat, legitimæ tempus & conditionem, adijcere. l. omnimodo. 30. pr. l. quoniam in prioribus. 32. & l. scimus. 36. C. de inoffic. Test. Gaill. 2. O. 119. n. 2. 3. & O. seq. n. 12. & 2. O. 116. n. 3. Mantie. d. tr. lib. 4. tit. 5. artic. 2. num. 5. (f) & prædicta sententia adeo vera est, ut prohibitio legitimæ pro superfluâ & non adjectâ habeatur. Riminald lib. 5. consil. 509. n. 76. & 85. jung. consil. 588. n. 10. 11. 12. Carpz. P. 3. C. 7. D. 24. n. 7. seqq. & C. 12. D. 8. n. 5. 7. quamvis ab illâ & communiter receptâ opinione, quod legitima Institutionis titulo sit relinquenda, quandoque recessisse allegentur à Dd. supr. citat. Bartol. Jason. Claud. de Battand. Vaud. Baro. Forcat. Coras. Heig. Arum. quib. jung. B. Dn. Mev. part. posthum. sive 9. Decis. 2. Item Dni Rostochiens. ut constat ex Disp. inaug. Ostermeyer. de quartis thes. 3. §. 10. in fin. & hoc in Galliâ receptum esse cum Tholos. lib. 44. syntagm. jur. c. 2. n. 8. sub. fin. fol. 892. probat VVeydenkopf. de Legitim. Concl. 66.

72.

(VII) In Substitutionibus (1.) abundat utrumque casum: & si noluerit, & si non poterit hæres esse, exprimere; quia sufficit: *Si Sempronius hæres non erit, Titius hæres esto*. & hoc utrumque casum & Impotentia, & ut ita dicam, Noluntatis comprehendit, Gomez. lib. 1. Var. Resol. c. 3. n. 10. Idem est, si Pater conditionem substitutionis vulgaris applicaverit filio impuberi; si hæres non erit. subintelligitur enim & illa: *si hæres erit, & intra pubertatis annos decesserit*. per l. 4. §. 2. ff. de Vulg. & Pup. subst. l. 4. C. de impub. & al. subst. (2.) abundat in Substitutionibus partes hæredum institutioni adscriptas repetere. l. 1. C. de impub. & aliis substit. §. & si ex disparibus. 2. Inst. de Vulgar. Subst. jung. l. 24. ff. de Vulg. & Pup. l. licet. 74. ff. de Legat. 1. exemplum est in l. 3. §. 5. ff. de lib. & posthum. hered. Exceptio in l. sub conditione. 73. ff. de hæred. instit. jung.

*jung. Mantio. de conj. ult. Vol. lib. 10. tit. 6. n. 2. (3.) In fideicommissio alicui hâc conditione relicto: Si morte patris sui juris factus fuerit, hæc verba morte patris pro supervacuis habentur, si filius per emancipationem sui juris factus sit. l. fideicommissa. 11. §. si cui. 11. ff. de Legat. 3. VVissenb. ad. l. 94. ff. de R. J.*

(VIII) Legare (1.) videbatur itidem superfluè, qui hanc legatario conditionem scribebat: *Illi, si volet, Stichum do*; quia ea conditio semper legatis inest, ut non nisi volentibus relinquuntur. *l. nec emere. 16. C. de jur delib. l. invito. 69. ff. de R. J. juncta l. legatum. 36. ff. de Legat. 2. l. legatum. 7. l. legatarius. 38. §. 1. ff. de Legat. 1.* Sed operatur hæc abundans expressio, ut non aliter ad hæredem transeat legatum, quam si Legatarius voluerit; *l. si ita legatum. 65. §. 1. ff. de Legat. 1. (2.) superfluum est, id alicui legare, quod jam ejus est. §. 10. Inst. de Legat. & §. 14. Inst. de act. l. si servo. 26. §. 1. ff. de adim. vel transferend. leg. vel quod jure ipsi debetur, cum nullum exinde commodum in legatarium redundet. §. ex contrario. 14. Inst. de Legat. l. si debitor. 11. l. legavit. 25. vers. contra. ff. de Liberat. legat. l. 1. §. si quis creditori. 10. ff. ad L. Falcid.* Si ullum verò commodum ex legato Debito legatario acquiratur; ut: si forte exceptiones, quas habebat, remisit, vel quod sub conditione debebatur, purè legaverit. *l. si creditori. 28. ff. de Legat. 1. Sneyd. ad §. 14. n. 1. Inst. de legat.* Item si maritus uxoria leget, quæ constante matrimonio ipsi de jure invalidè donaverat, *l. 109. pr. ff. de Legat. 1. vel leget dotem, §. sed si uxori. 15. Inst. de Legat. t t. ff. de dot. prelegat.* aliudve, unde aliquod legatario lucrum accedat, utile & minus superfluum erit legatum. *per dd. ll.* In liberatione verò legatà abundat, fidejussionem expressè remittere, *l. 5. pr. ff. de Liberat. legat. arg. l. quod dictum. 32. ff. de pact. Theophil. Inst. quib. mod. toll. obl. in pr.* (3.) In Legatis cautela est abundans, ea simul expressè legare, quæ per se ad legatorum substantiam pertinent. *arg. l. Cornelius. 69. ff. de hered. instit. & ibi. Bart. à Pacio alleg. ut, si lana, linum, Purpura, Versicoloria facta infectaque omnia &c. legentur, abundabit: Versicoloria: Lana enim & lina tincta non desinunt esse lana & lina, l. pediculis argenteis. 32. §. Labeo. 6. ff. de Aur. arg. & mund. leg.* Idem in alimentis obtinet, iis enim legatis, abundabit expressio Cibariorum, Vestitus & ha-

- & habitationis l. Legatis. 6. ff. de Alim. & Cibar. legat. l. verbo vitæ. 43. l. 44. l. quos nos. 234. §. 2. ff. de V. S. Alciat. & Fornerius ad dd. ll. d. V. S. Mynsing. Cent. 3. Obs. 12. item medicamentorum, Brechæus & VVissensbach. ad d. l. 44. ff. de Verb. sign. Penu legatâ non solum esus potusque l. 3. pr. ff. de Penu legat. sed & ea omnia, quæ passim enumerantur in t. t. ff. de pen. legat. veniunt, unde abundat, ea singulatim in legatis exprimere. l. 9. pr. ff. de Supellect. leg. l. 12. §. 46.
- 76 ff. de instruct. vel instrum. leg. (4.) Cum legata in benevolentia & liberalitate consistant, l. 1. C. de Sacros. Eccl. & ratio legandi legato non cohæreat; l. 72. §. 6. ff. de Condit. & demonstr. Carpz. P. 3. C. 9. D. 20. n. 6. non necesse est, causam legandi allegare; ita ut, si ea ex abundanti adjecta & falsa sit, non vitietur legatum. l. demonstratio. 17. §. 2. ff. de condit. & demonstr. l. fin. ff. de hered. instit. l. 3. C. de fals. caus. adj. Leg. §. 31. Inst. de Legat. Zoes. ad d. t. C. de fals. caus. Idem juris est in demonstrationibus falsis, quia nec hæ vitiant legata, si de Voluntate testatoris constare possit. d. l. demonstratio. 17. l. 33. pr. l. 34. pr. l. 40. §. 4. ff. de condic. & demonstr. l. 2. C. de fals. caus. adj. Legat. l. 52. §. 1. ff. de hered. instit. §. 30. Inst. de legat. l. 75. §. 1. ff. de legat. 1. l. 21. ff. de Legat. 2. l. 35. §. 2. & l. pen. §. 1. ff. de legat. 3. Naur. ad Zoes. d. loc. lit. C. (5.) Superfluum est,
77. Legatis eas condiciones adjicere, quæ existere non possunt, quia eæ pro non scriptis habentur. l. 16. §. fin. ff. de injust. rupt. l. obtinuit. 3. ff. de condic. & demonstr. l. 4. l. 5. l. 45. ff. de hered. instit. l. 11. l. 20. pr. ff. de condition. Inst. §. impossibilis. 10. Inst. de hered. instit. l. 104. §. 1. ff. de Leg. 1. l. 5. §. 4. ff. quand. dies leg. nisi testator putaverit, eas esse posibles. per l. servo manumisso. 56. ubi Gottofr. lit. q. ff. de condic. indebit. Gaill. 2. O. 4. n. 15. ad illas spectant & civiliter impossibiles seu turpes. l. 8. pr. & §. 7. & §. fin. l. 9. l. 14. l. 15. ff. de condit. instit. l. unic. in fin. C. de his quæ pæn. nom. §. ult. in fin. Inst. de legat. Item quæ virgini indicuntur ad agendam vitam cælibem, Zoes. ad C. de indict. vid. tollend. jung. Gomez. var. Resol. 6. 12. n. 78. Cum enim mulieres ad hoc natura progenuerit, ut partus ederent, & maxima eis cupiditas in hoc constituta sit (Si venia verbis Imperatoris) l. 2. C. de indict. viduit. Card. Mantica. de conject. ult. Volunt. lib. 11. tit. 22. n. 22. impium foret, eas legatorum conditionibus erga naturam ingratas efficere; Cum & Reipublicæ inter-



interfit, multis hominibus legitimè progenitis augeri & locupletari. *d. l. 2. circ. fin. C. de ind. vid.* Unde secundum Platonem sine consortio matrimonii trigessimus quintus annus agens in civitate, nisi quotannis, qui de majori esset censu, drachm. C; qui de secundo, LXX; qui de tertio, LX; qui de quarto XXX solveret, vivere non debebat; Neque cœlibes ex L. Papiâ succedere, neque ad honorum subsellia evehi potuisse tradit *Sebast. Reifferabt. de jur. Fisc. cap. 11.* Aliud tamen obtinet in viduis. *Auth. cui relictum. C. de ind. vid. & Nov. 22. c. 44. Sneyd. §. fin. Inst. de Legat. & ib. Gothofr. Cothmann. Consil. 65. n. 116. & seq. Card. Mantic. d. tr. lib. 11. tit. 19. n. 12* (ubi latè disquirat, an Maritus obligetur per eandem conditionem à secundis nuptiis abstinere,) quæ ad secunda vota transeundo defunctorum maritorum animam contristari dicuntur. *Vid. l. 3. §. illud etiam. 1. verb. funestata. C. de secund. nupt. d. Nov. 22. c. 23. Card. Mantic. d. tit. 19. n. 13.* (6.) Cum Libertas ad tempus dari non possit, *l. libertas. 33. ff. de manumiss. testam. arg. l. 24. in fin. ff. de dol. mal. supervacua erit adjectio temporis: Sticibus, usque ad annos decem liber esto, per l. 34. ff. de manumiss. testam.* (7.) Abundat, conditiones legatis disjunctim appositæ omnes adimpleri, sufficit enim saltem unam adimpleri. *§. si plures. 11. Inst. de hered. instit. l. si heredi. 5. ff. de condit. Inst. l. si quis ita. 129 ff. de verb. oblig. Alciat. ad l. 53. vers. at cum dicitur. in pr. ff. de V. S. perinde ut abundat, conditionem Codicillis scriptam ab eò, qui in testamento purè institutus est, impleri. §. Codicillis. 2. Inst. de Codicill. l. divi. 6. pr. ff. de jur. codic. l. 27. §. 1. ff. de condit. instit.*

(IX) Cæterum testamentis communi Notariorum stylo subjici solent clausulæ salutares, (quamvis vel in principio vel fine vel medio adjectæ eundem effectum habeant. *Jac. Dörkes. de claus. Codic. tacit. sect. 2. n. 25. Card. Tusch. lit. C. concl. 289. seqq.*) quibus defectibus solemnitatum mederi solent; *B. Dn. Mev. ad J. Lub. p. 2. t. 1. art. 1. u. 44.* quarum (1.) maximè communis est Clausula Codicillaris: *Si testamentum hoc non valebit jure testamenti, valeat ut Codicillus, & omni meliori modò, quò melius valere potest.* *Vid. Gaill. 2. obs. 114. n. 1. Carpz. P. 3. C. 8. D. 19. n. 3. Sneydew. ad §. codicillis. 2. Inst. de Codicill. n. 15* Sed cum hæc clausula adeò vul-

garis sit, ut magis de consuetudine Notariorum, ejus efficaciam plerumque etiam ignorantium, *Mantic. de conj. ult. Volunt. lib. 1. tit. 10. n. 1. Naur. ad Zoes. C. de Codicill. lit. c. Hahn ad Wesenb. n. 5.* quàm ex Testatoris Voluntate aut Dispositione apponatur, *Gaill. d. l. n. 9.* Dubitari poterat, annon ea, etiam non expressa, tacitè subintelligatur? Videbatur illud affirmandum ob frequentem ejus usum. *Surd. cons. 7. n. 54. lib. 1. Gothofr. ad l. pen. §. ult. ff. de Legat. 2. lit. m. provocans ad auctoritatem Cujacii. Fab. Turret. de effect. claus. codicill. quest. 138. n. 1. & seqq.* Cum & Testator præsumatur rogasse Notarium, ut solitis clausulis testamentum instrueret. *Card. Mantic. d. lib. 1. tit. 9. n. 2. & lib. 3. tit. 14. n. 1. Marta. part. 3. claus. 11. num. 5. Barthol. Bertazol. de Claus. cl. 4. gl. 34. n. 2. Menoch. lib. 1. consil. 37.* inprimis verò cum ea ex abundantia exprimatür [a] in testamento inter liberos. *Gaill. 2. Obs. 112. n. 1. Mantic. d. lib. 1. tit. 9. n. 5. Carpz. P. 3. C. 4. D. 38. n. 8. Ayres. proc. hist. p. 1. c. 2. O. 1. n. 16. Fab. Turret. d. tr. quest. 145. B. Dn. Mey. ad J. L. p. 2. t. 1. art. 2. n. 26. [b] militis, Fab. Turret. d. tr. quest. 151. Carpz. d. l. n. 10. Mantic. d. l. n. 4. [c] ad pias causas. Fab. Turret. d. tr. quest. 148. Carpz. d. l. n. 8. Mantic. d. l. n. 6. (d) ob favorem libertatis & amoris ardorem. Fab. Turret. d. tr. quest. 149. & 150. per l. in testamento. 38. ff. de fideicom. libert. [e] ob virtutem clausulæ Etc: *Mantic. d. l. n. 9. Menoch. lib. 4. præsumt. 31. n. 13.* quia, cum claus. Codicillaris per Etc. saltim abbreviata sit, ea pro expressâ habetur, si de stipulatione Notarii constet, *Fab. Turret. de effect. claus. Codicill. quest. 142. per tot. & num. 1. ubi undeviginti Dd. allegat. aut lectæ sint imbreviaturæ coram testibus testatoreve. Mantic. de conj. ult. Volunt. lib. 3. tit. 14. num. 2. [f] Ob alias clausulas idem importantes; ut in l. 88. §. fin. ff. de Legat. 2. l. 13. ff. de inoffic. testam. Mantic. d. l. num. 10. 11. Fab. Turret. d. tr. quest. 139. & seq. [g] Ob juramentum in testamento appositum. *Mantic. d. l. n. 12. Gaill. 2. O. 114. n. 14. Zoes. ad tit. C. de Codicill. in fin. Fab. Turret. d. tr. quest. 141.* Verum, exceptis posterioribus casibus, clausula Codicillaris in omni Testamento tutò omitti non potest, quia nunquam creditur codicillos fecisse, qui testari voluit. *l. 1. l. 13. §. 1. ff. de jur. codicill. l. ult. C. eod. l. 3. ff. de testam. milit. l. 41. §. quod si heredem, 3. ff. de Vulg. & Pupill. substit. l. si jure. 11. C. de Testam. manumiss. l. 29. C. de fideicommiss. Nebel. disp. 21. th. dub. 1.***

lit. c. Mantic. d. tr. lib. 2. tit. 3. n. 2. 3. quod imprimis obtinet, si testator ipse testamentum scripserit; secus, si per Notarium sit scriptum. *Marta tract. clausul. part. 3. c. ii. num. 6. cum Mantic. lib. 1. tit. 9. num. 3.* Plenissimam ejus formulam per hæc verba: **Und auff den Fall diß Testament/nicht als ein zihrllich Testa- ment Bestand oder Krafft haben möchte; so wil ich doch/ daß es gehalten oder vollenzogen werde als ein Codicill / |übers gab von Todes wegen/ Schenkung unter Lebendigen / deren Titul doch keiner dem andern schaden soll/ oder aber sonst eine gemeine beständige letzten Willens Disposition und Verord- nung/ und wi es zum kräftigsten inñer geschehen kan und mag.** commendat *Naur. ad Zoes. C. de Codicill. lit. c. Besold. in thes. Pract. verb. clausula codicillaris. Ott. Phil. Zepper. de Codicill. & claus. codicill. cap. 4. n. 9. & 10. De effectibus ejus vid. Fabius Turretus in spe- cialt de effect. claus. cod. Card. Tusch. Pract. concl. vol. 1. lit. C. concl. 242. Otto. Phil. Zepper. de Codicill. & claus. codicill. d. c. 4. n. 11. & seqq. Magnif. Dn. Pres. in special. diss. de Claus. Codicill. Decius Cons. 652. n. 12. de effectu Claus. Codicill. Tacitæ vid. Jac. Dörkes. de claus. cod. tacit. sect. 2. n. 25.*

84

(2.) Solet & quandoque à Notariis annecti clausula hizu **von nimand beredet / noch gebehthen; quæ tamen omnino super- flua est, cum Blanditiæ testamentum non vitient. l. virum. 3. ff. si quis aliq. testat. prob. l. fin. C. eod. l. captatorias. 70. ff. de hered. in- stit. Schotan. ad d. tit. ff. si quis aliq. testat. prohib. quest. ult. Gaill. 2 O. 117. n. 4. B. Dn. Mev. ad J. Lub. part. 2. tit. 1. art. 4. §. ult. Carpz. P. 3. C. 5 D. 7. n. 2. & seqq. Naur. ad Zoes. C. si quis aliq. test. prohib. lit. b. Magnif. Dn. Pres. in diss. de jure Blandit. cap. 4. num. 1. & seqq. nisi metu fuerint mixtæ, Naur. d. lit. C. lit. b. dict. diss. de jur. Blandit. c. 4. n. 30. & seqq. Gaill. d. l. Carpz. d. loc. num. 1. & defin. 9. n. 4.**

85.

(3.) Anni & diei expressio quamvis regulariter instru- mentis adjiciatur, *Barthol. Bertazol. tr. claus. in proæm. num. 6.* vix tamen adeò necessaria erit eorum appositio, ut omissa instrumen- tum *jur. Civ.* vitiet, *arg. l. cum tabernam. 34. §. 1. ff. de pignor. & hypothec. Dissent. Bertazol. d. l. idemque in testamentis obtinere videtur; arg. l. hac consultissimâ. 21. pr. verb. finem autem. C. de testam. cum*

86.

nulla

nulla lex id expressè requirat inter tot solemnitates ab Imperatore curiose præscriptas, *Barnab. Briffon. de formul. lib. 7. p. m. 588.* quarum observatione testamenta ab omni, impugnatione aliena sunt, *secund. l. 10. C. de testament.* Excipit autem testamenta parentum inter liberos *Struv. Jpr. lib. 2. tit. 21. §. 7. Nov. 107. c. 1.* profunt tamen, si apponantur, quo eò evidentius, si duo fuerint confecta, appareat, quodnam posterius sit, & alteri deroget; Idemque de horâ noctis, quâ testamentum fuerit in casu necessitatis factum, adscribenda sentit *Magnif. Dn. Præs. in colleg. Legal. Diss. 2. tit. ff. qui test. fac. l. 22. §. 6.*

87. (4.) Si Testamento à Testatore adjecta fuerit clausula solita: *litteras, inductiones, superinductiones ipse feci.* abundat ea ipsa, nisi consultò quædam deleta vel inducta fuerint; *Mantic. de conj. ult. Volunt. lib. 6. tit. 1. num. 20.* ea enim, quæ inconsultò deleta adhuc legi possunt, licet adjecta hæc clausula fuerit, nihilominus ex testamento debentur. *l. 1. pr. & §. 1. ff. de his, quæ in testam. delent. l. 12. C. de Testam. Wesenbec. ad d. t. ff. de his quæ intestam. n. 1. Schotan. ad eund. quæsi. 1.* quamvis id videatur operari, ut dicenti, ea inconsultò esse inducta, incumbat probatio. *Schotan. d. l. lit. a. vid. Mantic. d. tr. lib. 12. tit. 1. n. 29. seq.* unde tutius consultitur Voluntati ultimæ, ut ea mundetur, *Naur. ad Zoes. C. de Testam. lit. b. cum cautela abundans, unum testamentum pluribus exemplis exarare, non reprobetur, sed quandoque necessaria sit, per l. unum. 24. ff. qui test. fac. poss. §. sed & unum. 13. Inst. de testam. ord.* (& licet plurima scribentium multitudo, multa tamen chartarum quoque abundantia est, ut ex *Nov. 44. c. 2.* jucundum liceat argumentum depromere)
88. (5.) Cum Voluntas hominis sit ambulatoria usque ad mortem *l. 4. ff. de adim. vel transfer. leg. l. cum hic. 32. §. pœnitentiam. 3. ff. de donat. int. vir. & ux. Carpz. P. 3. C. 3. D. 39. n. 6.* & testator semper voluntatem suam mutare possit, *arg. l. 1. C. de SS. Eccles. l. si quis in principio. 22. pr. ff. de legat. 3. l. omnium. 19. C. de Testam.* ita ut nemo eam sibi legem dicere valeat, quâ à priore voluntate recedere non liceat. *l. si quis 22. pr. ff. de Legat. 3. Carpz. d. P. 3. C. 3. D. 39. n. 5.* Abundat frequentissima illa clausula: *Cassans & irritans omne aliud testamentum:* annexa priori testamento, *Card. Mantic. de conject. ult. Volunt. lib. 3. tit. 14. num. 9. & lib.*

& lib. 12. tit. 8. num. 2. & 3. Carpz. P. 3. O. 5. D. 19. & adje-  
 cta sine effectu derogandi esse omnino videtur, quia prius  
 testamentum tollitur per posterius. §. posteriore. 2. & §. 3. Inst. quib.  
 mod. test. inf. l. 2. & l. cum in secundo. pr. ff. de injust. rupt. & irrit.  
 l. si quis priore. 29. ff. ad Sc. Trebell. l. sancimus. 27. C. de Testam. l.  
 ult. in fin. ff. de Hæred. instit. Card. Mant. d. l. Carpz. d. l. num. 3.  
 Quamvis non sufficiat solis verbis contrariam priori testamento  
 jure factò voluntatem declarare, d. l. sancimus. 27. C. de Testam. quia  
 nihil tam naturale, quàm eò genere quidque dissolvere, quò col-  
 ligatum est. l. nihil tam naturale. 35. l. omnia. 100. l. ferè. 153. ff. de  
 R. J. l. prout. 80. ff. de Solut. & liberat. l. quamvis. 46. ff. de acquir.  
 poss. c. 1. X. de R. J. Sed ut certis solemnibus testamenta condun-  
 tur, ita & rumpuntur, d. l. sancimus. 27. C. de testam. Unde &  
 Dd. non putant, in secundo testamento sufficere generalem men-  
 tionem & revocationem prioris testamenti cum clausulâ deroga-  
 toriâ facti. per l. si quis. 22. pr. ff. de Legat. 3. Mart. tract. claus. p. 3.  
 cl. 6. n. 7. vers. contraria opinio. Mantic. d. l. 3. t. 14. n. 9. vers. ce-  
 rerum. & lib. 12. tit. 8. n. 7. ubi idipsum XV. limitationibus illustrat,  
 ad quas brevitatìs gratia provoco. Illud extra dubium est, si in pri-  
 ori testamento nulla fuerit adjecta clausula derogatoria, quod  
 superflua sint illa verba: cassans &c. posteriori adjecta, quia cas-  
 satio eò ipsò, dum posterius testamentum fit, subintelligenda  
 est. Card. Tusch. lit. S. concl. 895. n. 46. Sneid. ad §. 2. Inst. quib.  
 mod. testam. infirm. n. 1. ea verò, quæ tacitè insunt, ex abundantia  
 exprimuntur, & nihil operantur. l. non rectè. 3. C. de fidejuss. &  
 mandat. Card. Tusch. d. l. n. 47. Card. Mantic. de conj. ult. Volunt.  
 lib. 5. tit. 6. n. 3. (6.) Familiaris est Dd. quæstio: an Conjuges  
 in unâ eademque chartâ vel membranâ mutuum erigere testamen-  
 tum possint? quod catholico ferè suffragio affirmant. Gaill. 2. O.  
 117. n. 1. 2. Carpz. P. 3. C. 7. defin. 22. num. 1. Besold. ad part. 3. jur.  
 prov. VVurtemb. concl. 50. Beat. Dn. Mevius ad jus Lub. P. 2. tit.  
 1. art. 10. num. 1. ità ut non pro unico, sed duobus testamen-  
 tis & hæreditatibus habeatur; Dn. Mey. Gaill. Carpz. dd. ll.  
 unde abundat [a] ut in diversis membranìs mutua testamenta  
 fiant, [b] ut supervacaneam declarationem, se ab utroque conjugum  
 specialiter rogatos esse, testes, qui iidem numerò saltem VII. esse pos-  
 sunt, adjiciant, Dn. Mey. d. l. n. 21. quod tamen ut fiat pro cau-

89.

90.

91. telâ tradit Gaill. d. l. n. 3. Notario verò, si is adhibeatur, duplex honorarium, Carpz. d. defn. 22. n. 5. & Ærario publico gabel- lam, si eam pro testamento Statutum exigat, duplicem deberi, asserit B. Dn. Mey. d. l. n. 22. (X) Denique finem testamentis imponere subscriptiones & signacula testium, decernit l. hâc consultissimâ. 21. pr. vers. finem autem. C. de testam. circa quas (1.) abundat, plures quam VII testes adhiberi. Jul. Paul. lib. 3. sent. tit. 4. §. 10. l. heredes. 21. pr. ff. qui testam. fac. poss. nec nocet, licet octavus non sit rogatus & inhabilis. Tusch. lit. A. concl. 67. n. 12. & 20. & d. l. heredes. 21. pr. ff. qui test. fac. poss. (2.) abundat de jure civili, præter septem testes adhiberi Notarium Mantic. de conj. ult. Volunt. lib. 2. tit. 12. n. 1. Hahn. ad ff. qui testam. fac. poss. n. 10. verb. præter Notar. Contra Wesenb. in ff. & Inst. §. 6. n. 1. & Treutl. Vol. 2. disp. 10. th. 5. & lit. g. nisi [a] in testamento nuncupativo, quod literis concipi debet. Sneid. num. 6. & Giphon. in fin. ad §. ult. Inst. de Testam. Ordin. Carpz. P. 3. C. 3. D. 41. n. 1. Cum enim aliàs in testamento Nuncupativo adhibiti testes, nisi juraverint, non probent. Carpz. P. 3. C. 3. D. 36. hoc abundat, si à Notario instrumentum super testamento confectum fuerit. Card. Mantic. de conj. ult. volunt. lib. 1. tit. 6. n. 6. Carpz. d. l. def. 37. & 41. Sneider. d. l. n. 7. imò abundat, ut testes in testamento Nuncupativo subscribant ac sigilla apponant. Carpz. d. l. defn. 34. n. 8. arg. l. ult. §. ult. C. de Codicill. l. 21. §. 2. & l. 16. C. de Testam. Nicas. de Værd. ad §. fin. Inst. de testam. ordin. num. 4. item, ut in scripturam redactum testatori prælectum ab eò subscribatur. Carpz. d. l. defn. 35. n. 6. quia scriptura non est de substantiâ testamenti nuncupativi §. ult. Inst. de Testam. ord. l. 21. §. 2. C. de Testam. Zoes. ad C. de Testam. quest. 20. Treutl. Vol. 2. disp. 10. th. 5. Mantic. d. loc. Sneider. d. l. n. 2. Nicas. d. l. [b] In testamento, cui ipse testator subscribere nequit, loco octavi subscriptoris Notarius fungi poterit, l. hâc consultissimâ 21. pr. & l. cuu antiquitas. 28. §. 1. C. de Testam. arg. l. Domitius. 27. ff. qui test. fac. poss. ut in Testamento cæci. l. hâc consultissimâ. 8. C. qui testam. fac. poss. Sneider. de solemn. testam. num. 20. Inst. de testam. ord. Carpz. P. 3. C. 6. D. 5. Magnif. Dn. Pres. in special. tract. de jur. Sens. disp. 2. cap. 3. n. 15. Hahn. ad Wesenb. ff. qui test. fac. poss. n. 10. verb. præter. Notarium

(3.) Cum

(3.) Cum Testamentariae solemnitates jure statutorio remitti possint. *Carpz. P. 3. C. 3. D. 19. n. 8. & 9. P. 3. C. 4. D. 41. n. 1. Naur. ad Zoes. C. de Testam. lit. i. Rüdinger. Cent. 4. Obs. 92. num. 16.* ita ut Testamentis in iis locis, ubi minor solemnitas requiritur, legitimè factis etiam alibi fides habeatur. *Zoes. ad d. tit. C. quest. 10. arg. l. fin. ff. de Testam. milit. abundabit, omnes solemnitates juris civilis, aut patriæ ubique adhibere. B. Dn. Mey. ad J. L. p. 2. tit. 1. artic. 16. per tot. & n. 8.* ut cum statuta Noribergensia, Viennensia, Venetiarum, Lucana, Tholosana saltem duos vel tres testes requirant. *Carpzov. d. def. 41. n. 3. Rudinger. d. loc. num. 14. Hahn. ad Vvesenb. ff. qui testam. fac. poss. num. 10. verb. tamen sufficiunt.* qui Hollandiæ generali consuetudine idem obtinere probat. Cautela erit abundans, inibi secundum leges civiles VII. Testes adhibere; per ea, que tradit *B. Dn. Mey. ad Jus Lub. quest. 4. n. 38. latè Gaill. 2. Obs. 123. per tot. Theod. Reinking. de R. S. & Eccl. lib. 2. Class. 2. cap. 10. n. 10. II. & seqq. B. Dn. Brunnem. Cent. 5. Decis. 94. n. 4. Card. Mantic. de conject. ult. Volunt. lib. 6. tit. 8. n. 14.* (4.) In testamento judiciali seu apud acta confecto [a] abundat, VII. testes adhiberi, *l. omnium. 19. vers. ita nec de ejus & l. sancimus. 27. verb. & hoc vel per testes. C. de testam. Carpz. P. 2. C. 43. D. 3. n. 3. & P. 3. C. 3. D. 11. n. 3. & seqq. Naur. ad Zoes. C. de Testam. lit. K. & sufficit, illud judici coram actis insinuari, Naur. d. loc. sine abundantii solemnitate judiciali, die Hegung des Gerichtes/ quam describit *Carpz. P. 3. C. 3. D. 13. n. 6.* ab ipso tamen testatore; *B. Dn. Brun. Cent. 2. Decis. 63. n. 2.* vel si decumbat, coram iis, qui judiciali autoritate ablegati sunt, ultimam voluntatem exponere testatori licet. *Carpz. P. 3. C. 3. def. 16. Naur. d. loc.* [b] Cum regulariter in testamento abundet testamenti prælectio. *d. sup. l. hâc. consultissimâ. 21. C. de testam.* quæritur: an idem in testamento judiciali obtineat? quamvis id ipsum simpliciter affirmet *Carpz. P. 3. C. 3. D. 27. n. 6. & D. 28. contra Vultej. Negantem.* Distinguendum tamen videtur, an Testator ipse testamentum scripserit, literarumve gnarus sit, quo casu abundabit prælectio. *Carpz. Part. 2. Decis. 149.* an literarum ignarus ab alio scribi passus sit, quo casu non abundabit prælectio; consulatur *Besold. consil. 203.**

(5.) In Codicillis faciendis abundat, [a] VII adhiberi testes, 96.

K

l. ult.

*l. ult. §. ult. C. de Codicill. l. 28. in fin. C. de Testam. Treutl. Vol. 2. disp. 10. th. 8. Zepper de Codicill. cap. 2. n. 14. ita ut qui Codicillos facere voluerit, adhibitis VII. testibus, potius præsumatur testamentum fecisse, inprimis si in illis hæredem instituerit, aut quemquam exhæredaverit. Zepper d. cap. 2. n. 16. 17. Card. Mantica. de conj. ult. Volunt. lib. 2. tit. 3. num. 9. arg. l. non Codicillum. 14. C. de Testam. [b] abundat, ut testes ad Codicillos faciendos specialiter rogentur d. l. fin. §. ult. C. de Codicill. Zepper. d. l. n. 11. Wesenb. & Hahn. num. 4. ff. de jur. Codicill.*

97. (6.) Quamvis subscriptio Testatoris in testamento regulariter requiratur, *l. hæc consultissima, 21. l. cum antiquitas. 28. §. 1. C. de Testam.* Superfluum tamen erit, adeò à callidis machinationibus ne quicquam fortè adscribatur, præcavere, ut cuilibet paginæ testator subscribat; Cum enim & tutò satis convolvi, & ex variis signis, ut: *atramenti, styli, & scripturæ diversitate, defectu spaci in fine folij, incisione chartæ vel signorum, &c.* falsitatis præsumtio oriatur. *Prosp. Farinac. Oper. Criminal. part. 6. de falsitat. & simulat. quest. 153.* vix superflua hæc cautela quicquam proderit, cum & quandoque tam in fine, quàm principio paginæ venerabile Crucis signum ex abundantia apponatur; quod originem trahere videtur *ex Nov. 90. pr. aut l. scimus. 22. §. fin autem. 2. C. de jur. delib.*
98. (7.) abundat, [a] VII. testibus juramento obstrictis testamentum ejusque solemnitates probare, *Mantica. de conj. ult. Volunt. lib. 12. tit. 16. n. 17.* sufficit enim, si saltem duo jurent. *B. Dn. Mev. Part. 4. Decis. 13.* nisi quærat de substantiâ Testamenti, ut Voluntate Testatoris à Notariò omisâ, quæ in Testamentis VII. in Codicillis V. testibus probanda *secund. Mantica. d. loc. num. 15. 16. B. Dn. Brunnem. Cent. 1. Dec. 25. n. 2.* [b] licet Testamentum fuerit amissum, sufficiunt tamen 2. Testes ad probanda ejus contenta, *B. Dn. Brunnem. d. Decis. 25. n. 3. Carpz. P. 3. C. 3. Defin. 41. num. 5. & 6.*

99. Denique (XI) Licet omnes solemnitates in ultimæ Voluntatis Ordinatione fuerint diligenti curâ & cautelâ adhibitæ, ita ut de jure ea rescindi non possit, *juxta l. si testamentum. 10. l. cum antiquitas. 28. in fin. & l. ult. in fin. C. de testament. Sneiderw. pr. Inst. de inoffic. testam. n. 4.* filiis tamen non nominatim aut institutis, aut
- non



non legitimis de causis exhæredatis competit de jure Civili que-  
 rela inofficiosi testamenti l. 2. l. 3. l. 4. ff. de inoffic. testam. pr. Inst.  
 eod. Treutl. Vol. 1. disp. 13. th. 1. quâ testimonia in solidum olim re- 100  
 scidebantur l. Papinianus. 8. §. penult. l. cum mater 28. in fin. ff. de  
 inoffic. Testam. l. nec fideicommissa. 36. ff. de Legat. 3. Oldendorp. class.  
 5. act. 2. rubr. quenam hod. circ. querel. num. 5. quia quasi à furio-  
 sis facta credebantur, l. hoc colore. 2. l. nam & his. 5. l. Titia 13. l.  
 mater. 19. de inoffic. testam. pr. Inst. eod. d. l. nec fideicommissa. 36.  
 ff. de Legat. 3. licet adjiceretur Clausula Codicillaris arg. d. l. Ti-  
 tia. 13. ff. de inoffic. testam. & d. l. nec fideicommissa. 36. ff. de legat. 3.  
 Cum qui testamenti faciendi facultatem non habet, nec codicil-  
 los facere possit. l. consiciuntur. 8. §. 2. ff. de Jur. Codicill. quod  
 tamen correctum videtur per Auth. ex causa. C. de lib. præterit. Gl.  
 ad verb. non valent. in d. l. Papinianus. 8. §. penult. ff. de inoffic. Te- 101  
 stam. Gaill. 2. Obs. 113. qui id ipsum limitat. Verum hodiè penè om-  
 ninò in lineâ rectâ inofficiosi querela abundat per Nov. 115. c. 3.  
 in fin. & c. 4. in fin. ex quâ remedium nullitatis, quoad institu-  
 tionem, liberis aut planè præteritis, d. Nov. 115. c. 3. pr. & l. 1. ff.  
 de injust. rupt. Auth. ex causa l. fin. C. de lib. præterit. aut non legi-  
 timis, vel legitimis & non ab hærede probatis de causis exhære-  
 datis, d. c. 3. in fin. itidemque Parentibus competit. d. Nov. 115.  
 c. 4. in pr. & fin. Wesenbec. & Hahn. ad ff. n. 7. d. t. unum excipientes  
 casum, vid. Wesenb. ad §. igitur quartam, §. n. 4. Inst. de inoffic. te-  
 stam. quibus contradicit Georg. Schulz ad Inst. de inoffic. testam. lit. 102  
 4. Dissentit omninò. Treutl. Vol. 1. disp. 13. th. 1. Sed Cum que-  
 rela inofficiosi quinquennio præscribatur l. 3. §. fin. ff. de inoffic.  
 testam. junct. l. scimus. 36. §. 2. & ibi, Pacius per Bald. C. eod. & l.  
 ult. C. de inoffic. donat. & tantum subsidiaria sit, §. tam autem na-  
 turales. 2. Inst. de inoffic. testam. l. 4. vers. nam cum ultimum. C. de  
 Lib. præter. Oldendorp. class. 5. act. 2. rubr. ad fin. remed. num. 4. vi-  
 detur, quod querela nullitatis favorabilior, & utilior, arg. l. que  
 ab initio. 210. junctâ l. quod ab initio. 29. ff. de R. I. & Reg. non fir-  
 matur. 18. de R. J. in 6. & potius hæc quam illa expetenda sit,  
 arg. l. hoc edicto. 1. §. ait. prætor. 4. ff. de dol. mal. itâ ut illa ho-  
 diè in lineâ rectâ, penè abundet. Georg. Schulz. d. l. (XII) Sed 103  
 quamvis testatoris voluntas quasi pro lege habeatur; l. 1. ff. qui  
 K 2 testam.

- testam. fac. poss. Novell. 1. c. 1. §. 4. verb. una est. & Nov. 22. cap. 2. pr. Card. Mantica. de conj. ult. Volunt. lib. 6. tit. 14. n. 3. id saltem procedit in iis, quæ ex arbitrio ejus redundant; dispositio enim ejus neminem eò usque obligat, ut invitus cogatur hæreditatem sibi à testatore delatam adire, l. nec emere. 16. l. si avia tua. 6. C. de jur. delib. l. 6. in fin. & l. si metus causa. 85. ff. de acquir vel omit. hered. §. fin. Inst. de hered. qual. & differ. Sed cum non leve hæredibus hæreditates adituris periculum, ne hæreditariis oneribus, & alienis debitis obruantur, immineat, competit ipsis duplex remedium scil. deliberandi, & inventarium conficiendi. Struv. Jprud. lib. 2. tit. 23. §. 12. 13. Vultej. Jpr. lib. 1. c. 72. n. 26. Deliberantibus certum à lege tempus est præfinitum, intra quod deliberent, an expediat adire, vel repudiare, se immiscere vel abstinere (prout extraneos à suis distinguit Gloss. in §. Extraneis autem verb. de adeunda. Inst. de hered. qual. & differ.) §. extraneis autem. §. vers. sed sive. Inst. de hered. qual. & diff. idque conceditur per anni spacium à die notitiæ, quod hæreditas fuerit delata, computandum; l. cum in antiquioribus. 19. vers. si enim ipse. C. de jur. deliber. adeo, ut abundet, tempus deliberandi (ab Imperiali culmine annum, l. 2. ff. de jur. delib. à judicibus inferioribus novem mensium Gloss. in d. §. extraneis autem. §. verb. deliberare.) flebilibus adsertionibus petere. l. scimus. 22. §. & hæc quidem. 13. C. de iure deliberand. arg. l. unic. C. de Thesaur. lib. 10. & l. 8. §. fin. ff. de condic. inst. Et
- 104 quamvis interdum conducat hæredi, cum scil. de legali tempore aliquid elapsum fuerit, tum etiam tempus legale currat à die notitiæ, impetratum vero tempus à tempore concessionis. Sneyd. ad d. §. 5. Inst. de hered. qual. & differ. n. 9. est tamen hæc scrupulositas petentium suspecta. David. Döring. in Biblioth. verb. aditio. n. 391. nisi de consuetudine aliud observetur, ut in Belgiô & Galliâ, ubi inventarii beneficium, ut singularem gratiam debere à Principe peti, probat Naur. ad Zoes. C. de jur. delib. lit. g.
- 105 Inventarium multis solemnitatibus adhibitis fiebat, per l. fin. §. 2. C. de jur. deliber. inter quas primum locum obtinent fatalia, intra quæ ejus confectio inchoanda & absolvenda. d. l. fin. §. 2. C. de jur. deliber. Inchoationis, quidem fatalia abundare, & sufficere
- 106 cere

cere, ut legitimo saltem tempore absolvatur, statuunt, Bartol. & Jason. in d. l. fin. §. si vero C. de jure delib. Guid. Pap. Decis. 571. num. 1. Gothofr. ad Sneiderw §. extraneis. §. n. 12. lit. f. Instit. de hered. qual. & different. Zæf. ad d. tit. C. de jur. delib. requisit. solemn. 1. Sed his obstare videntur verba d. l. fin. §. 2. & 12. C. de jur. delib. Auth. sed cum testator C. ad L. Falcid. Bald. in l. fin. §. cum igitur. n. 5. C. de jur. delib. Nov. 1. c. 2. §. 1. Sneider. d. l. Carpzov. P. 3. C. 33. D. 13. n. 1. Vulrej. Jpr. lib. 1. tit. 72. n. 29. (2) requiritur Tabellionum opera, d. l. fin. qui ut ad actum hunc rogentur, videtur abundare, eò quod d. l. fin. nullam  
107  
ejus mentionem faciat; cum tamen ea solemnem formam integrè præscribat, d. l. fin. §. 4. & 12. C. de jur. delib. d. Nov. 1. c. 2. §. 1. quamvis regulariter, ut instrumentum fidem mereatur, Notarius rogandus, Mantio. de conject. ult. Volunt. c. 2. tit. 12. n. 3. vid. Sneiderw. d. l. n. 13. requisit. quart. Hahn. ad Vvesenb. ff. de jur. delib. (3) requiritur, ut ii, quorum interest, convocentur, nimirum Creditores, Legatarii, Fideicommissarii, d. l. fin. §. 2. C. de jur. delib. d. Nov. 1. c. 2. §. 1. in eorum autem absentia testes ad minimum tres adhibentur, d. Nov. 1. c. 2. §. 1. quod tamen pro Supervacuo habitum, Camerali præjudicio de anno 1553. die 30. Jan. probat Naur. ad Zæf. C. de jur. delib. lit. e. (4) quidam judicis præsentiam requirunt, Bartol. ad Nov. 1. c. 2. n. 7. & 17. Rol. à Vall. lib. 2. consil. 73. n. 36. sed cum ea ne minutissimo textus verbo tangatur, proculdubio abundabit, vid. idem Bart. sibi contrarius Consil. 154. n. 7. Naur. d. l. lit. d. (5) necessarium est, ut omnes res mobiles & immobiles in eo describantur, d. l. fin. §. 2. C. de jur. delib. Verùm hoc potius ad finem, quam  
108  
solemnitates formales inventarii spectat. Sed quid de clausula: *Quod hæres fecerit describi omnes res, quas scivit esse defuncti, & si quæ fuerint omissa, aut alias inveniri, contingat, quam primum earum sit notitiam habiturus, velit eas apponere & è contrario, si aliqua non apponenda fuerint apposita, nolit eas pro apposis haberi.* inventariis hæreditariis apponi solita Bald. in l. fin. §. cum igitur n. 8. C. de jur. delib. hoc locò dicendum erit? SUPERIUS dictum, ejusmodi clausulam in inventariis pupillaribus abundare, cap. 2. n. 103 hæc eidem subjicitur fato, quatenus non necessaria est ejus appositio, quæ enim non necessaria sunt, regulariter sunt supervacanea, arg. d. l. fin. §. 13. C. de jur. delib. & ibi Pacius per Alexanar. l. æris alien. 15. l. si donationis. 18. & l. in donationibus 31. C. de donat. Est tamen hæc claus. utilis, quatenus præsumtionem pro bonâ fide infert, Sneider. ad

111. *d. §. 5. Inst. de hered. qual. & diff. n. 15. Carpz. P. 3. C. 33. D. 12. n. 5. Naur. d. loc. lit. g.* quamvis & quævis fraudis suspicio ad juramentum defendendum sufficiat, ita ut doli aut vitii in inventarii confectione admisi plena probatio abundet. *B. Dn. Brunnem. Cent. 1. Decis. 76, n. 3. Carpz. P. 3. C. 33. D. 12. n. 2. Frid. Movius. de specif. jur. cap. 2. §. 11.* & licet legitimus exhibeatur inventarium, postulantibus tamen creditoribus & Legatariis à sacramenti religione se liberare hæres nequeat. *d. l. fin. §. 10. C. de jur. delib. Mov. d. l. §. 9. Nov. 1. c. 2. §. 1. Dissent. Carpz. P. 3. C. 33. D. 8. n. 4. & seq.*
112. (6.) Requiritur hæredis subscriptio, quæ, si ipse scribere nequeat, per specialem Tabellionem præsentibus testibus ad minimum duobus, hæredis cognitionem habentibus, expediri debet, venerabili tamen crucis signò antea manu hæredis præposito, *d. l. fin. §. 2. C. de jur. delib. Ungepar. Exerc. 1. quest. 1. in Neg. De solemn. hac Crucis per manum hæredis appositione variè disputant Dd. an adeò necessaria sit, ut non apposita Inventarium solemne vitiet? Negant quidem hoc arg. *l. temporib. 1. §. fin. ff. de insp. ventr. Sneider. d. loc. n. 13. requis. 7. Bart. & Jason. n. 4. ad d. l. fin. C. eod. Treutl. p. 2. Disp. 12. th. 8. lit. c. Bertazol. in proem. tract. claus. n. 4. §. quinta. vid. tam. & §. nec obstat. de moribus saltem Hahn. ad Vvesenb. ff. de jur. delib.* Verum cum etiam de jure civili ex leviorum solemnitatum omissione negotium totum corruiere possit, si ex in dispositionis perfectionem seu formam inductæ sint, arg. *l. heredes palam. 21. §. 2. & l. seq. §. 4. ff. quis test. fac. poss. l. 8. §. si prator. 17. ff. de transact. l. 7. pr. ff. de in integr. restit. l. 2. §. prius. 4. ff. de Vulg. & pupill. subst.* videtur, etiam eorum, qui formam inventarii solemnem omissione crucis venerabilis vitari volunt, opinionem de jure defendi posse. *Bertazol. d. n. 4. §. nec obstat.* [a] quia imperator præscriptam in *d. l. fin. §. 2. C. de jur. delib.* formam conficiendi inventarii præcisè observari jubet. in *d. l. fin. §. 4. & 12. C. de jur. delib. Auth. sed cum testator. C. ad L. Falcid. & Nov. 1. c. 2. §. 1.* legis autem formam non servans, legis beneficio non gaudet. *Bald. ad l. fin. §. fin. verò C. de jur. delib.* [b] Et, si erubescendum est, sine lege *Nov. 18. c. 5. l. ult. in fin. C. de Consulib. l. 12. l. prævaricationis. 3. §. fin. ff. de prævaricat.* multo magis contra expressum legis textum loquenti. *l. non dubium. §. C. de LL. l. 2. §. hæc igitur omnia. vers. has itaq; C. de vet. jur. enucl. Vvesenb. 2. Consil. 66. n. 3.* [c] è contrario cum solus ille tuto naviget, qui cum textu legis navigat, ubi nullus superest dubitationi locus, cessantibus omnibus Glossarum & Advocatorum Cavillationi-*

lationibus *Roland. à Vall. 1. Consil. 25. in princ. VVesenb. p. 3. cons. 108. n. 29. & p. 7. cons. 319. n. 120. & ubi lex expressa, securè communis sententia relinquatur. Klock. Vol. 2. Consil. 42. n. 17. & seq. constat, vix de jure subsistere inventarium solemne, omisâ venerabilis Crucis signi appositione in d. l. fin. §. 2. C. de jur. delib. expresse requisitâ. Nec enim dici poterit, quod ea levis sit solemnitas, cum Imperatori diligens sit cura, ne venerabile crucis signum leviter pingatur & aspernatur. arg. d. l. unic. C. nemin. licet. sign. unde nec præsumendum est, Imp. superflue & inutiliter de appositione crucis disponere voluisse, cum supervacua potius sustulerit. per constit. de confirm. ff. incip. tanta circa Nos. §. 10. quæ & in l. 2. C. de Vet. jur. enucl. exhibetur. l. fin. C. de Donat. sed videntur, in honorem Dei & majus hæredis terriculamentum hæc ita disposita; Abundat tamen, si hæres literarum gnarus sit; cessante enim causa legis, cessat ejus effectus. arg. l. in omni. 13. ff. de adopt. l. quod dictum. 32. ff. de pact. l. si. ff. ad Sc. Silan. Zæf. ad tit. C. de LL. quæst. 11. jung. dicta sup. cap. 1. n. 75. & seq. Hodie hæc & cæteræ solemnitates omnes in confectione Inventarii desideratæ abundant. observatis saltem cujusvis regionis solemnibus. *Naur. ad Zæf. C. de jur. delib. lit. g. Frid. Movius. de specificat. jurat. cap. 2. n. 4. per B. Dn. Mev. Decis. 354. part. 2. Treutl. p. 2. Disp. 12. th. 8. lit. c. in fin. quandoq; planè abundat confectio inventarii, ut in hæreditate locuplete, Bald. in l. fin. §. cum igitur pr. C. de jur. delib. Et quibusdam in locis, ubi sufficit specificatio jurata. Carpz. P. 3. C. 33. D. 19. n. 5. & seq. ut in Pomeraniâ Regiâ, si sola bonorû notitia desideretur. B. Dn. Mev. p. 2. D. 96. quatenus in Pomeraniâ Electorali admittatur, vid. præjudicia Cancell. Pomer. Elect. apud Mov. d. l. n. 8. In Saxoniâ, etiam non confectio inventariò, hæres ultra vires hæreditatis non tenetur, quas juratâ specificatione edere cogitur. *Struv. in Jpr. lib. 2. tit. 23. §. 15. Georg. Schulz. ad tit. Inst. de hered. qual. & differ. Carpz. P. 3. C. 33. def. 18. sed an confectio inventarii hæreditarii abundet, si testator ipsemet inventariû confecerit, dubitari poterat, eo, quod quæ facta sunt, denuò fieri non egeant; Sed cum requisita in lege solemnitas non sit observata, & hæredi incumbat necessariò confectio inventarii, si gaudere velit beneficio legis, non abundare illam respondet Bald. in l. fin. §. cum igitur. n. 18. C. de jur. delib.***

(XIII) Deliberandi spacium præterlapsum, aut inventarium legitime confectum regulariter sequitur hæreditatis aditio, aut ejus repudiatio. Illa, cum ex mero hæredis arbitrio dependeat, l. si avia. 6. l. non est dubium. 15. l. nec emere. 16. C. de jur. delib. *Herm. Vultej. Vol. 1. consil. 28. num. 292. Decius. consil. 652. num. 9. supervacuâ*

- judicis autoritate non indiget, arg. l. 12. ff. de acquir. vel omitt. hered. l. fin. §. 1. C. de jur. delib. Carpz. P. 3. C. 9. D. 27. n. 4. Sneyd. Inst. de bonor. poss. num. 7. different. 2. Hahn. ad Wesenb. ff. de bonor. poss. n. 3. Dav. Döring. in Bibliothec. verb. aditio. n. 307. per Castrens. in l. bonor. C. qui admitt. ita ut & tacite adiri possit, l. pro hered. 20. & l. gerit pro hered. 88. ff. de acquir. vel omitt. her. l. cum debitum. 2. C. de jur. delib. & si quis adeat judicem, requiratur insuper, ut eidem constet, illum revera esse heredem. Card. Tusch. lit. A. concl. 67. n. 44. eatenus tamen, licet autoritas judicis fuerit vitiose adhibita, non vitiatur aditio, Card. Tusch. d. concl. 67. n. 17. 18. quod & in aditione cum autoritate ejus, cujus nihil interest, regulariter obtinet, nisi nomine ejus, qui autoritatem interponit, aditio fiat, & abundantia loco necessarii requisiti adhibita vitiet Card. Tusch. d. concl. 67. n. 36. 37. Sed quid juris erit, si hæres ante hæreditatem aditam decedat? Resp. per vulgarem juris Regulam: Hæreditatem non aditam non transmitti, l. unic. §. in novissimo. 5. C. de Caduc. tollend. l. si ex pluribus. 9. ff. de suis & legit. l. bona. 3. §. adquirere. 7. ff. de bonor. poss. l. quoniam. 7. C. de jur. delib. Zæf. ad t. C. de his, qui ant. apert. tab. in princ. nisi in specialibus quibusdam casibus, in quibus aditio hæreditatis abundat; veluti (1.) Ob jus suitatis, l. in suis. 14. ff. de suis & legitim. hered. l. nihil interest. 50. §. 5. ff. de bon. libert. l. qui duos. 9. §. 1. & ult. ff. de reb. dub. l. qui in alien. 6. §. interdum. 5. & l. 7. §. 1. ff. de acquir. vel omitt. hered. exceptio est in l. ex militari. 9. §. 2. junct. l. seq. ff. de testam. milit. vel [2] ob potentiam sanguinis ex constitutione Theodosiana, l. unic. C. de his qui ante apert. tab. l. unic. §. in novissimo. 5. C. de caduc. toll. l. filius. 42. §. fin. ff. de bon. libert. Ita & hæreditas infanti delata transmittitur, l. si infanti. 18. §. sed si hoc. 1. C. de jur. delib. Bartol. in l. 83. num. 26. ff. de acquir. hered. etiam si nondum baptizatus, Sneyd. Inst. de bonor. poss. §. septima. 3. n. 9. Sed saltem vivus editus fuerit, & in manibus obstetricum decesserit, l. quod certatum. 3. C. de posthum. hered. instit. Goswin. ab Esbach. ad Carpz. p. 3. C. 17. D. 19. vita vero quomodo de jure Saxon. & moribus probetur, consule Carpz. P. 3. C. 17. D. 19. Sneyd. ad d. §. 3. n. 10. Inst. de bonor. Poss. Georg. Schulz. ad Inst. de hered. qual. & differ. lit. c. Dan. Moller. lib. 2. semestr. c. 27. n. 9. in fin. (3) ob jus deliberandi l. cum in antiquioribus 19. §. fin. autem. C. de jur. delib. quam transmissionem JUSTINIANEAM dicunt Struv. in Jpr. lib. 2. tit. 23. §. 16. in fin. Goswin. ab Esbach. ad Carpz. P. 3. C. 14. def. 23. n. 6. Plura vid. apud ipsum Carpz. P. 3. C. 14. D. 23. jung. l. 3. §. eleganter. 30. & l. 4. ff. ad Sct. Silanian. & d. l. 3. §. 32. ff. ad Sct. Silan. l. 4. in fin. l. 5. ff. de bonor. poss. contr. tab.
122. XIII. Ab hæreditate, quoad effectum, non differt bonorum possessio, arg.

*arg. l. hered. 62. ff. de R. l. & l. 1. l. 2. l. bona. 3. §. bonorum. 2. ff. de bonor. possess. in quibus autem differat, vid. Sneid. Inst. de bonor. possess. n. 7. Hahn. ad Vvesenb. ff. de bon. possess. n. 7. Hodie bonorum possessiones abundare, eò quod iis, quibus Prætor consulere voluit, per jus novissimum, sublatò, quo ad successionem, suitatis & emancipationis, nec non agnationis & cognationis discrimine Auth. fin. C. de suis & legitim. Nov. 118. c. nullam. 4. plenissimè cautum sit, nonnulli statuunt, Georg. Schulz. Inst. de bon. poss. lit. a à quibus ipse discedit cum Hahn. ad Vvesenb. ff. de bonor. poss. n. 3. abundant tamen nonnullæ species, quas vid. apud Sneid. Inst. de bonor. poss. §. fin. n. 10. & seq. & hæc quoad materiam hæreditariam, & hæreditatis acquisitionem dixisse sufficere poterunt; quamvis enim ea adhuc plurima offerat, ne tamen ulteriùs justò prolixior videar, ad perbreve reliquorum jurium IN RE & deinceps ad finem capitis propero.*

Accingo me itaque ad Jus Pignoris, quod est jus in bonis debitoris creditori legitimè constitutum in securitatem sui crediti, §. 7. Inst. de action. §. fin. Inst. quib. 123  
mod. re contr. Obl. l. 11. ff. de damn. inf. Zæf. ad tit. C. de pignor. & hypoth. in pr. Struv. in Jpr. l. 2. tit. 35. §. 2. & est vel publicum vel privatum, l. 2. C. de Prætorio pignor. Publicum est, quod publica autoritate, l. à Divo Pio. 15. §. 2. & seqq. ff. de Re jud. l. non est mirum. 26. ff. de pignor. act. l. si ex causa. 9. pr. ff. de minorib. l. 3. §. pignori. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutel. §. pen. Inst. de satisf. tut. tot. tit. C. si in caus. judic. pign. & passim in t. C. de bon. autor. jud. possid. t. t. C. de Prætor pign. & alib. & apprehensione possessionis interveniente constituitur, d. l. non est mirum §. 1. ff. de pignerat. act. & ibi. B. Dn. Brunn. n. 5. Carpz. P. 1. C. 28. D. 139. quomodo autem judiciale à Prætorio differat vid. Cujac. in paratitl. C. si in caus. judic. pign. capt. 7. J. Zigler. de Pign. & hypoth. concl. 35. Herm. Lengerling. de pign. & hypoth. concl. 56. Privatum, quod inter privatos sine autoritate publica constituitur, d. l. veteri. 2. C. de prætor. pign. est vel expressum vel tacitum, arg l. est differentia. 9 ff. in quib. caus. pign. l. quamvis. 3. C. eod. Neguzant. de pign. & hypoth. part. 2. membr. 4. Treutl. Vol. 2. disp. 1. th. 2. Cujac. in paratitl. ad d. t. C. in quib. caus. pign. tacit. Vult. in Jpr. lib. 1. c. 34. n. 7.

Expressum est, quod verbis expressis non modo inter præsentem, sed & per li- 124  
teras inter absentes constituitur. l. contrahitur. 4. l. cum convenit. 20. l. creditor. 23. §. 1. l. cum tabern. 34. §. 1 ff. de pign. & hyp. Carpz. P. 1. C. 28. D. 119. n. 1. Idq; varias recipit pactiones, pro qualitate contrahentium, & ipsiq; pacti t. t. C. de pact. pig. & arg. l. si conv. 4. & seq. ff. de pign. act. Vvesenb. in parat. ff. de pign. & hyp. n. 4. Jung. Hahn. ib. Justæ pactiones in pignorib9 admittuntur, l. vetustissima. 3. §. sancimus. 1. C. de jur. Domin. imp. injustæ ut supervacuæ rejiciuntur aut pro non adjectis habentur. Dionys. Gothofr. ad l. 1. lit. a. in fin. C. de pact. pign. l. fin. verb. si quis igitur. C. eod. Sunt autem in frequentiori usu in primis quadruplicis generis. (1.) super occupati- 125  
one hypothecarum propriâ autoritate, quæ eatenus videtur abundare, quod

L

creditor

creditor non suâ, sed præsidis magistratusve autoritate possessionem hypothe-  
cæ adipisci debeat. per l. 11. C. de pignor. act. l. exstat. 13. ff. quod met. caus. l. dotis. 9. C.  
solut. matr. l. credit. 3. C. de pign. l. si quis. 7. C. unde vi. l. cum debitoris. 7. C. de jud. l. in pos-  
sionem. 5. C. ad L. Jul. de vi pub. Diss. Treutl. Vol. 1. Disp. 11. th. 5. circ. fin. cum ea quæ  
jure licet exigere, honestius ac tutius per judicem exigantur. l. si pupillorum. 7. §. 1.  
ff. de reb. eor. qui sub tut. l. si alius. 7. §. bellissimè. 3. ff. quod vi aut clam. l. si stipulat. 9. §. 1. ff.  
de solut. Verum contrarium, quod scil. pro majori seu abundantanti cautela  
permisus judicis interveniat, statuit. Hahn. contra Vvesenb. ff. de distr. pign. n. 10.  
Proinde cum Vvesenb. & concludente ipso Hahn. d. l. placet, hoc pactum non abun-  
dare quatenus paratam executionem operatur, id est, quatenus licet, imploratō  
saltem judicis officiō, viâ juris executivâ contra debitorem procedere, vid. Be-  
sold. in thes. pract. verb. mit oder ohne Recht. n. 54. Hering. de fidej. c. 25. n. 115. & seq.  
Matt. Coler. de process. exec. p. 1. c. 5. per tot. vid. Zœs. & ibi Mart. Naur. C. de pign. & hy-  
126 poth. quest. fin. (2.) Super venditione rerum obligatarum l. si insula. fin. ff. de pign. &  
hypoth. arg. l. 4. ff. de distr. pign. l. 4. ff. de pign. act. quæ pariter abundant, nisi per mo-  
dum conditionis legem injiciant conventioni. per l. ult. §. 1. C. de jur. dom. imp. d.  
l. cum solvende. 4. ff. de distr. pign. Acquisitâ enim rei oppigneratæ possessione, si  
nihilominus debitor solvere moretur, poterit ea licitè vendi l. ult. §. 5. C. de jur.  
Dom. imp. l. 1. in fin. C. de pact. pign. l. Creditoris. 8. l. creditor. 13. ff. de distr. pign. l. 8. in fin. &  
l. seq. C. eod. l. 4. in fin. ff. de pign. act. ita ut nec ultima debitoris voluntas impedire  
possit pignoris distractionem. l. si sunt. 1. C. debit. Vend. pign. imp. non poss. etiam si  
aut pactum planè nullum, d. l. 4. ff. de pign. act. l. si hoc. 14. C. de distr. pign. l. fin. §. 1. C.  
de jur. Dom. impet. arg. l. 73. ff. de furt. Paul. lib. 2. sent. tit. 5. §. 1. Treutl. Vol. 2. Disp. 1. th. 8.  
aut de non distrahendo fuerit adjectum d. l. si convenit. 4. ff. de pign. act. Gothofr. ad  
l. 10. lit. d. C. de pign. B. D. Mev. P. 3. jur. Lub. tit. 4. art. 2. n. 5. Treutl. d. l. Vvesenb. in parat.  
ff. de distr. pign. quia hæc pactio tacitam conditionem: si debitor interpellatus solve-  
rit: continet. arg. l. quæro. 54. §. inter. 1. ff. locat. junct. c. pervenit. 3. X de jurejur. Vvesenb. d.  
127 l. (3.) Super fructibus pignorum; quando scil. interveniat pactum de fructibus  
in vicem usurarum percipiendis, quod Antichresin. nuncupant. l. si is qui. 11. §. 1. ff.  
de pign. & hypoth. l. Cajus Sejus. 39. ff. de pign. act. Mynsing. 6. Obs. 71. Gaill. 2. n. 1. quod ta-  
men abundare videtur ob text. in l. cum debitor. 8. ubi Gothofr. lit. b. ff. in quib. caus.  
128 pign. vel hypoth. tacit. contr. Carpz. P. 2. C. 30. D. 40. n. 1. 2. Sed quid juris erit, si fructus  
legitimum modum usurarum excedant? in hujus quæstionis decisione non æ-  
què convenit inter Dd. sunt enim qui superfluum ultra quincunces in sortem  
imputari absolutè putent, quos citat Carpz. P. 2. C. 30. D. 40. n. 5. sunt qui distin-  
guunt inter superfluum modicum & nimium; quorum hoc in sortem saltem  
imputari, volunt, ut ipse Carpz. d. l. n. 8. & seq. cum Negus. de pign. in 5. memb. quint  
part. n. 5. & d. P. 2. C. 30. D. 41. B. Dn. Brunnem. C. 2. Dec. 32. n. 2. eorumq; sententiæ ut  
verior



veriori, & magis receptæ subscribere libet, tum ob *incertum fructuum proven-*  
*tum l. si eâ lege. 17. & l. oleo. 23. C. de usuris. cui favetur in l. si jactum. 12. ff. de act. emt.*  
*& vendit. tum ob laborem agriculturæ impensum per Negusant. d. l. Carpz. d. def.*  
*40. n. 12. tum quod pignoris usus quasi vilis conductus & locatus censeatur. l.*  
*si eâ pactione. 14. C. de usuris B. Dn. Brunn. d. loc. (4.) Est pactum de dominio impe-*  
 trando; & quæritur, an liceat pacisci, ut si intra certum tempus debitum non  
 solvatur, creditor pignus in solutum habeat? Negativam exhibet: *l. fin. C. de*  
*pact. pign. Herm Vult. Jpr. lib. 1. c. 34. n. 70. B. D. Mev. P. 3. jur. Lub. tit. 4. art. 2. n. 1. Barth.*  
*Cæpoll. tract. Caut. c. 244. n. 1. Idem de jure Feud. 1. F. 27. §. si quis obligaverit. ita ut*  
*pro non adjecto habeatur, d. l. fin. C. de pact. pign. ubi Gothofr. lit. a. b. f. g. & ne per*  
*juramentum quidem appositum confirmetur secund. Zæf. ad t. C. de pact. pignor.*  
*quest. 1. per c. significante. 8. X. de pign. & al. caut. & arg. c. debitores. 6. X. de jurej. jung:*  
*l. nam hoc natura. 14. ff. de condict. indeb. & c. non est obligatorium. 58. & 69. de R. J. in 6.*  
 quamvis id operari videatur adjectio hujusmodi pacti, quod L. commissoriæ  
 nomine venit, ut pecuniâ præstitutâ die non solutâ pignus justo pretio emtum  
 esse censeatur. *l. 16 §. ult. ff. de pign. l. ult. pr. ff. de contr. emt. l. 1. C. de pact. pign. aliam*  
 tamen cautelam fœneratorum Bononiensium, per quam indirecto pignus in  
 solutum accipientes retineant, tradit, & vitandâ inculcat, Barthol. Cæpoll. tract.  
 Cautel. c. 23. & c. 244. n. 2. ut quæ contra *l. quæ specialiter. 9. C. de distract. pignor. Ab*  
 hoc pacto quoad effectum parum differre videtur pactum de non reluendo,  
 quod pariter ac præcedens pro non adjecto & supervacaneo reputatur Molin.  
*de usur. q. 55. n. 385. Job. à Sand. Decis. Fris. lib. 3. t. 12. d. 11. cum reluendi juri nec præ-*  
*scribatur, l. nec creditores. 10. C. de pign. act. l. 13. ff. de usurpat. & usucap. Magnif. Dn.*  
*Pres. in Exam. jur. Feud. c. 9. q. 3. in fin. deficientibus legitimis præscriptionis (scil.*  
 possessione, titulo ad transferendum dominium habili, & bona fide, sive igno-  
 rantia rei alienæ) requisitis, quæ latius persequitur B. D. Mev. ad J. Lub. lib. 3. tit. 4.  
 artic. 4. n. 8. 9. nec statuto facile derogetur secund. B. D. Mev. d. loc. n. 10. Gaill. 2. O. 18.  
 n. 8. 9. ideò neq; pacto. vid. Everh. de Middelh. in Topic. loc. legal. à pact. ad statut. 120.  
 E contrario abundat pactum; ut solutâ pecuniâ pignus restituatur, quale proponit  
 Ulpian. in *l. 4 §. item quæritur. 8. ff. de dol. mal. & met. except. quia & citra conventi-*  
 onem solutô debitô res oppignorata liberatur. *l. debitor. 40. §. 2. ff. de pign. act. l.*  
*pignoris. 11. C. eod. l. fin. C. de luit. pign. B. Dn. Mev. d. loc. n. 2. Treutl. Vol. 2. disp. 1. th. 9.*  
 VVissenb. ad *l. 81. ff. de R. I. n. 1. hactenus de expressô;*

Tacitum pignus est, quod lege vel statuto disponente contrahitur. *l. cum oportet. 6. §. fin. C. de bon. quæ lib. l. 1. vers. cum enim. C. comm. de legat. Unde abundat ex-*  
 pressâ conventionem id ipsum constituere, quia quæ tacite veniunt, si exprimantur,  
 nihil operantur. *l. non recte. 3. C. de fidejuss. & mand. l. conditiones. 99. ff. de condit.*  
*& demnostr. l. hæc verba. 3. ff. de Leg. 1. Ant. Burg. in c. 2. X. de Rescr. n. 99. Paris. Cons. 110.*

n. 47. lib. 1 Barth. Bertaz. claus. 39. gl. 7. n. 2. in fin. Harppr. §. 4. n. 34. Inst. quib. mod. re contr. oblig. & quandoq; nocent. l. nonnunquã. 52 ff. de condit. & demonstr. l. 77 l. 195. ff. de R. I. l. si quis Sempronium. 68. ff. de hered. instit. l. si ita legatum. §. 1. ff. de Legat. 1. cum & in ejusmodi mutus pacisci possit l. 4. §. 1. ff. de Pact. abundat ergo constitutio pignoris multis casibus, quorum alii plures alii pauciores enumerant, exempli gratiã sint: (1.) Fiscus, cui ex causã tributorum, & contractuũ suorum l. 1. l. 2. C. in quib. caus. pign. tacit. l. aufertur. 46. §. fiscus. 3 ff. de jur. fisc. l. Ælianus. 10. ff. de manumiss. l. 2. 3. C. de privileg. fisci. & primiliarie administrationis l. bona mariti. 1. C. de priv. fisc. l. satis notum. 4. C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. l. ult. C. de primipilo. lib. 12 exceptio videtur esse in l. 6 l. 11. l. 17. l. 37. ff. de jur. fisc. l. unic. C. de pœn. fiscal. lib. 10. l. rescript. 10 pr. ff. de Pact. vid. Nngusant. in in tr. de pign. p. 2. m. 4. n. 115. Carpz. P. 1. C. 28. D. 104. (2.) Civitas, cui in bonis administratoris ejusq; nominatoris l. 2. & l. fin. C. quo quisq; ord. conv. Carpz. P. 1. C. 28. D. 115. (3.) Liberi, quibus ratione bonorum adventitiorum in bonis parentum. l. 6. §. fin. C. de bon. quæ lib. l. fœmine. 3. pr. l. 6. §. 2. & ibi Gothofr. l. 8. §. 4. C. de secund. nupt. l. si mater. 6. C. in quib. caus. pign. tac. contr. (4.) Mulier, cui in bonis mariti ratione dotis. l. unic. §. & ut plenius. 1. C. de rei uxor. act. l. asfiduis. 12. §. 1. C. qui pot. in pign. Nov. 97. c. 3. paraphernalium, l. fin. C. de pact. conv. l. 29. C. de jur. dot. Köppen. Decis. 28. n. 3. Covarruv. lib. 1. Var. resol. c. 7. n. 1. Mynsing. 5. Obs. 4. n. 3. Gaill. 2. O. 83. n. 3. & O. 92. n. 10. & donationis propter nuptias d. l. 29. C. de jur. Dot. l. asfiduis. 12. §. 2. C. qui pot. in pign. Nov. 97. c. 3. in fin. Negusant. de pign. & hypoth. 4. memb. 2. part. n. 64. Sneidew. ad §. fuer. 29. n. 62. Gaill. d. l. Mynsing. d. l. n. 4. (4.) Pupilli, quibus in bonis tutoris, l. pro officio. 20. C. de adm. tut. l. fin. ff. in quib. caus. pign. tac. contr. & ibi Gothofr. lit. m. Carpz. P. 1. C. 28. D. 114. & re suã pecuniã emtã l. si tutor. 6. C. de Serv. pign. dat. man. l. 7. pr. ff. qui pot. in pign. Negus. de pign. p. 2. m. 4. n. 163. Carpz. P. 1. C. 28. D. 109. (5.) Legatarii, quibus in bonis hæreditariis, l. 1. C. comm. de Legat. l. Creditoribus 4. §. 1. ff. de separ. §. 2. Inst. de Legat. arg. §. hæres. 5. Inst. de obl. quæ quasi ex contr. (6.) Redemptor, cui ob λότρεον l. ab hostibus. 2. C. de postlim. revers. l. si patre. 15. l. 21. ff. de capt. & postl. revers. l. qui testamento. 20. §. 1. ff. qui test. fac. poss. l. senatus. 43. §. fin. ff. de Legat. 1. l. 3. §. 3. ff. de hom. lib. exhib. (7.) Creditor, cui ob mutuum ad reficiendum l. 1. ff. in quib. caus. pign. tac. contr. l. interdum. 5. ff. qui potior. in pign. Mynsing. C. 1. Obs. 60. Gaill. 2. Obs. 12. n. 4. Carpz. P. 1. C. 28. D. 105. vel ad comparandam militiam datum. l. fin. & Auth. seq. C. de pign. & hypoth. d. Auth. quo jure. C. qui pot. in pign. Nov. 53 c. 5. §. 1. Nov. 97. c. 4. Nov. 136. c. 2. Gaill. d. l. n. 3. (8.) in prioris creditoris locum succedens, cui ob ejus jura acquisita, l. qui pignus. 1 l. prior 5. l. diversis 8. C. qui pot. in pign. l. 12. §. 9. ff. eod. tot. tit. C. de his qui in prior. Cæpoll. cautel. 124. lit. a. in princ. arg. eor. quæ tradit Gaill. 2. Obs. 148. n. 9. Everhard. in Top. loc. legal. à vi surrogationis. 122. (9.) locator, cui in bonis illatis in prædium urbanum ratione pensionis, l. 4. pr. ff. de P. & l. fin. C. in quib. caus. pign. tac. contr. l. 2. l. 3. l. 4. l. 6. ff. eod. l. certi juris. 5. C. de locat. conduct.

cond. Carpz. P. 1. C. 28. D. 117. vel deteriorationis l. 3. l. 7. C. de pign. act. l. 25. §. 3. ff. locat. cond. l. 29. C. eod. & in fructibus in prædio rustico natis, l. 7. pr. ff. in quib. caus. pign. l. 25. §. si colonus. l. qui fidejuss. 53. ff. locat. aliisq; prædii rustici accessionib; & melioramentis. l. 13. pr. l. Paulus. 29. §. 1. ff. de pign. & hypoth. l. quavis. 3. C. in quib. caus. pign. l. 18. §. 1. ff. de pign. act. Gaill. 2. O. 25. n. 17. Covarr. Var. resolut. l. 1. c. 8. n. 3. non in illatis in prædium rusticum, nisi expressè convenerit l. eo jure. 4. ff. in quib. caus. pign. tac. contr. l. si non inducta. 5. C. eod. l. certi juris. 5. & ibi Gotbofr. lit. b. C. de locat. cond. l. 1. pr. ff. de Salv. interd. l. debitor. 32. ff. de pign. & hypoth. §. adipiscende. 3. in fin. Inst. de interd. l. 11. §. si colonus. 2. ff. qui potior. in pign. tacita hypotheca competit. Sed an Studiosorum supellex libraria æquè æc reliquæ in 133. prædium urbanum vel domum illatæ res tacitò pignore obligentur, à plurimis Dd. ventilari deprehendo? arridet autem potius Negativa; arg. l. 6. l. 7. ff. de pign. & hypoth. l. alumnos. 1. l. Executores. 7. l. 8. Auth. agricultor. C. quæ res pign. l. 14. §. arma. 1. ff. de re milit. junct. huic. l. 1. §. eam rem. 2. ff. quæ res pign. & l. 9. §. 1. ff. de pign. item junct. l. fori. 4. l. Advocat. 14. C. de adv. divers. judicior. Auth. habita. C. ne filius pro patr. Harppr. §. 4. n. 32. Inst. quib. mod. re contr. Obl. Diss. Connan. 4. comm. 16. n. 8. quam & tueri placet in rebus minoris sine consensu & auctoritate Curatoris illatis & in vectis, arg. l. inter bonorum. 41. ff. de adm. & per. Tut. pr. Inst. de autor. tut. Dn. Anth. Scheffel. de etat. jur. c. 3. th. 55. Cavallos. specul. aur. comm. opin. contr. comm. q. 132. contrarium in mercib; in tabernam illatis & tempore mortis in eà inventis persuadet l. cum tabernā. 34. pr. ff. de pign. & hypoth. Gaill. 2. O. 83. n. 5. Carpz. P. 2. C. 23. D. 13. n. 6. Deniq; ut reliquas ex LL. constitutionib; tacitè ve- 134 nientes hypothecas iis relinquam, qui omnem in illis colligendis lapidem move rūt, unicum saltem adhuc subjungo, an scil. res venditæ, donec pretium fuerit solutum, maneat venditori tacito pignoris nexu obligatæ, ita ut reliquis creditorib; anterioribus ad recuperandam rem venditam præferatur? Videbatur quidem hæc Quæstio simpliciter affirmanda; ob text. in §. venditæ. 41. Inst. de R. D. l. quod vendidi. 19. l. ut res 53. ff. de contr. emt. l. hereditatis. 22. ff. de hered. vel act. vend. l. julianus. 13. §. offerri. 8. ff. de act. emt. l. 14. §. 1. ff. de furt. l. quod si nolit. 31. §. idem Marcell. 8. ff. de Edil. Edict. Cum enim non traditio nuda l. nunquam. 31. pr. ff. de A. R. D. l. 3. §. sciendum. 10. ff. de donat. int. vir. & uxor. sed legitima causa, ut venditio & c. Dominium transferre valeat, d. l. nunquā. 31. pr. ff. de A. R. D. Venditionis verò & emtionis substantia sit pretium aliave satisfactio. dd. ll. & l. procuratoris. 5. §. sed si dedi. 18. ff. de tribut. act. sequeretur exinde, quod pretio non solutò & traditio invalida esset, & Dominium maneret penes venditorem, cui propterea rei vendicatio & prælatio competere posset. l. officiū. 9. l. in rem. 23. l. solum. 49. §. meum. ff. de rei vendic. Bertaz. tr. claus. c. 38. gl. 1. n. 4. Gaill. 2. Obs. 15. n. 4. & clausula: Res venditas pignori obligari Venditori, donec solvatur pretium; abundaret, juxta Angel. vid. Vigelius in Meth. jur. Civ. p. 5. l. 17. c. 10. spec. 3. Verum Negativa verior est; quod scil. re traditā venditor nullā gaudeat præ reliquis creditorib; prærogativā. Carpz. P. 1. C. 28. D. 17. Gaill. lib. 2. Obs. 15. pr. idq; etiam in Rustico obtinere contr.

Dan.

Dan. Moller. & Matth. Berlich. sentit Carpz. P. 2. Const. 23. D. 19. quia venditor desinit esse Dominus, postquam rem tradidit & fidem de pretio habuit; *l. incivile. 12. C. de Rei vendic. §. venditæ. 41. Inst. de R. D. & ib. Gloss. verb. fidem emtoris. l. quod vendidi. 19. ff. de contr. emt. l. quidam. 16. ff. de in rem vers. l. procuratoris. 5. §. plane. 17. ff. de Tributor. action. Gaill. 2. O. 15. n. 1. Barth. Bertazol. tr. claus. c. 38. gl. 1. n. 9. Cæpoll. tract. Caut. c. 124. n. 2.* Abundat tamen nonnullis in casibus expressa hypothecæ reservatio, ut (1.) Si fides non fuerit habita, per alleg. *ll. Gaill. d. l. n. 4. Bertazol. d. loc. n. 16.* (2.) si emtor fuerit dolosus vel fugitivus, per *l. si dolo. 5. C. de rescind. vend. arg. l. ea vero. 5. §. 3. ff. pro socio. l. si quasi. 3. ff. de pign. act. Gaill. d. l. n. 8. seq. Carpz. P. 1. C. 28. D. 18. seq. B. Dn. Mev. p. 3. tit. 6. artic. 1. n. 24. ad jus Lub. vel si quid fraudis intercesserit à parte venditoris §. item si quis. 6. Inst. de action. l. ait Prætor §. ait ergo. 2. ff. que in fraud. credit. plures casus deprehend. apud Bernh. Greven. pract. conclus. ad Gaill. lib. 2. concl. 15. imò quod Satuto Hasfiæ abundet reservatio hypothecæ tradit Gofw. ab Esbach. ad Carpz. p. 1. c. 28. defin. 17. n. 4. quamvis cautius mercetur, qui Dominium retinuerit, quousq; emtor de pretio satisfecerit. Barth. Cæpoll. tr. Cautel. c. 124. n. 2. Carpz. P. 1. C. 28. D. 20. n. 4. seq. eamq; cautelam & in reliquis tacitis pignoribus commendare videntur *l. si servus. 61. §. locavit. 8. ff. de furt. l. potior. 11. §. si colonus. 2. ff. qui potior. in pign. l. Prætor ait. 1. ff. de migrand.* ( licet ibi verbum *convenit* & de tacitâ oppigneratione interpretari velint Gothofr. & Oldendorp. *class. 2. act. 3. n. 1.*) inprimis cum privilegium taciti pignoris non extendatur ad casus in LL. non expressos. *Surd. Decis. 271. n. 10. Cravett. Consil. 692. n. 2. & consil. 872. n. 2. Harprecht. ad §. Creditor 4 n. 117. Inst. quib. mod. re contr. obl. & non æquè inter omnes constet, quot ejus species deprehendantur; conferant. Cujac. in parat. C. in quib. caus. pign. Vigel. method. jur. Civil. p. 5. lib. 17. c. 10. Vultej. in Jpr. lib. 1. c. 34. Azo. in rubr. C. in quib. caus. pign. Negus. de pign. 4. membr. 2. part. pr. ubi alii plures alii pauciores recensent tacitarum hypothecarum casus in LL. expressos. Proderit ergò abundantiam potius admittere, quam necessaria in dubio omittere *l. testamen. 17. C. de Testament.* imò in Saxoniam semper utilis, & nunquam penè abundans cautela est, expressum pacisci pignus, ubi tacitū jam subest. Præfertur enim ibi dos hypothecariis saltem tacitis anterioribus, non expressis *Carpz. P. 1. C. 28. D. 65.* ut inde ibi cautius sit, expresso quam tacito pignore niti.**

35 Ratione materiæ Pignus aliud est Generale, aliud Speciale; Illud cum super omnia debitoris bona constituatur *l. conventio. 1. l. obligatione. 6. l. Paulus. 29. ff. de pignor. & hypoth. l. quamvis. 2. C. eod. l. rei creditor. 17. C. de distr. pign. l. fin. C. que res pign. abundat, specialiter exprimere (1.) præter bona præsentia etiam futura, *d. l. fin. C. que res pign. obligar. Negusant. p. 2. m. 2. n. 1. Treutl. Vol. 2. Disp. 1. th. 2.* (2.) actiones, jura, nomina, *l. nomen. 4. C. que res pign. oblig. l. 3. l. 7. C. de hered. vel act. vendit. l. à Divo Pio. 15. §. 2. ff. de Re jud. nisi saltem mobilia & immobilia fuerint obligata, arg. d. l. 15 §. 2. ff. de Re judic. Negus. p. 2. m. 2. n. 9.* (3.) merces venales, *l. cum tabern. penult. pr. ff. de pign. & hypoth. quamvis eadem non obstante generali hypothecâ liberè vendi queant, arg. d. l. cum tabernam. pr.* (4.) pecunia*

(4.) pecunia ab alio mutuò sumpta *d. l. cum tabernam. §. 2. ff. de pign. & hypoth. arg. l. 2. pr. & §. 2. ff. de reb. cred.* item bona emphyteutica, *l. tutor. 16. §. fin. ff. de pign. act. l. lex vectigali. 31. ff. de pign. & hypoth.* nisi quantitas creditæ æquet vel superet pretium pignoris ejusq; reluendi spem, *Treutl. d. Vol. 2. disp. 1. th. 2. lit. d.* (5.) alia omnia debitoris bona, quæ verisimiliter obligaturus fuisset, *arg. à contr. l. obligatione. 6. ff. de pign. & hypoth.* Excipiuntur itaq; (1.) Res alienari prohibitæ, *l. ultim. C. de reb. alien. non alien. ut feud. 136* dum, *2. Feud. 55. pr. 2. F. 52. c. 1. 2. Feud. 26. c. in generali. Dn. Præs in Exam. jur. Feud. cap. 19. quæst. 8. junct. seq.* (2.) res perquam necessariæ, quæq; ad usum quotidianum, item quæ ad affectionem obligantis pertinent, *l. 6. l. 7. l. 8. ff. de pign.* (3.) res alienæ aut restitutioni obnoxix; *vid. t. t. C. si aliena res pign. dat. sit.* ut sunt bona subjecta restitutioni fideicommissariæ *l. fin. §. 2. C. commun. de Leg. & fideicom. res dotales, l. unic. §. & cum lex. 15. C. de rei uxor. act. pr. Inst. quib. alien. lic.* quod non procedit in rebus æstimatò marito datis, *arg. l. quoties. 5. C. de jur. dot. l. quod si fundo. 11. ff. de fund. dot. l. 10. §. 4. & §. 6. ff. de jur. dot.* nisi post solutum matrimonium, *per l. in rebus 30. in pr. C. de jur. dot.* (4.) bona illius, qui hæres pignorantis est, *l. Paulus 29. pr. ff. de pign. Treutl. d. l.* (5.) Res litigiosæ, *arg. l. 1. §. 2. ff. quæ res pign. dat. add. jus Patronatus per c. cum Bertholdus. X de sent. & Re jud. Treutl. d. l.* aliaq; quæ verisimiliter quis obligaturus non fuisset, *l. obligatione. 6. ff. de pign. & hypoth.* Deniq; *superius n. 130.* de jure reluendi dictis quæstionem illam: *an, so-* 137  
*lut à aliquâ vel majori debiti quantitate, abundet restitutio pignoris:* decidendam debeo, eiq; Affirm. subscribere libet cum *Ulpian. in l. 9 §. 3. l. qui pignori. 19. ff. de pign. & hypoth. l. 1. & fin. C. de luit. pign. l. quamdiu. 6. C. de distr. pign. l. 2. C. debit. vendit. pign. imped. Carpz. P. 2. C. 23. D. 31. vid. Naurabt. ad Zæf. C. de luit. pign. lit. a.* quamvis redditione pignoris non exspiret debitum, *l. postquam. 3. ff. de Pact. l. 1. §. 1. ff. de liberat. legat. arg. l. 2. C. de distr. pign. l. 6. §. 4. ff. de precario. quod secus est in redditione Chirographi. arg. l. Creditricem. 7. C. de remiss. pign. l. 2. §. 1. ff. de pact. l. qui chirographum. 59. ff. de Legat. 3. Harppr. ad §. creditor. Inst. quib. mod. re-* 138  
*contr. obl. n. 289.* Quibus & pignoribus chirophonem imponens si fortassis hypothecæ & pignoris subtilis differentia non adeò strictè observata fuerit, provocho ad *l. 5. §. 1. ff. de pignor. & hypothec. accuratiores vero remitto ad l. 9. §. 2. ff. de pigner. act. §. 7. Inst. de act. l. 238. §. 2. ff. de V. S.*  
Restat itaq; saltem Possessio, quæ est detentio *l. ab hostibus. 15. §. 3. ff. quib. ex caus. major. rei corporalis, l. possideri. 3. pr. & ibi Gothofr. ff. de acquir. vel am. possess. animo affectione vel* 139  
*Domini concurrente. Theophil. §. idem placet. Inst. per quas person. nob. acquir. Treutl. Vol. 2. Disp. 21. th. 1. & alia naturalis l. 1. pr. & §. 1. ff. de acquir. vel ancitt. poss. alia Civilis l. stipulatio ista. 39. §. hæc quoque. 7. ff. de V. O. quæ distinctio approbatur in l. 2. §. 1. ff. pro hered. l. 1. §. 9. ff. de vi & vi armat. B. Dn. Snobel. Disp. ff. 20. th. 17.* In naturali possessione abun- 140  
*dare videtur justa possidendi causa; exempl. l. clam. possidere. 6. §. 1. ff. de acquir. vel auitt. poss. cum ibi corpus & animus sufficient; quod secus est in Possessione Civili, ubi cum Domini acquisitione vel saltem usucapiendi conditio vertatur, justa causa requiritur, quæ & titulus dicitur in l. 1. pr. ff. pro dote. l. nullo. 24. C. de R. V. l. 4. C. de præscr. long. temp. junct. l. 5. l. 6. C. de acquir. vel retin. possess.*  
In Possessione porrò considerandus venit Adquirendi, Retinendi & amittendi modus; Acquisitio fit 141  
*& corpore & animo, l. possideri. 3. pr. l. quemadmodum. 8. ff. de R. vel A. Possess. & quavis speciales quidam casus objici velint, in quibus corporalis apprehensio abundet, ut ex l. quambis. 13. ff. verb. autor. jud. possit. ipsi tamen non minus possunt, quàm probare, quod acquiratur possessio solò animò. Vid. Teleman. de possess. concl. 16. cum ea in facto consistat. Gaill. 2. Obs. 152. n. 9. quamvis & ipse multos esse casus, quibus solo animo absq; apprehensione transferatur possessio, admittat, d. Obs. 152. n. 18.*

- 142 *jung. quæ super. de invention. dict. n. 24. & seq. h. c.* Abundat autem omninò præsertim in rei immobili possessione acquirendâ totius rei apprehensio, *l. possideri. 3. pr. ff. de acquir. possess.* quia sufficit, saltem partem rei acquirendæ apprehendisse, *d. l. 3. pr. ff. de acquir. poss.* quemadmodum si, venditis & in horreo reconditis mercibus, tradantur claves, etiam si horrea non fuerint aperta, *l. clavibus. 74. ff. de contr. emt. l. quâ ratione. 9. §. item si quis. 6. ff. de A. R. D. §. 45. Inst. de R. D.* si degustetur vinum *l. si vinum pr. & l. si quis vina. 4. pr. ff. de peric. & commod. rei vend.* si trabes signentur, *l. 14. §. meteria. 1. ff. de peric. & commod. rei vend. & c.* statim per fictionem juris acquisita possessio intelligitur, *d. l. clavibus. 74. ff. de contr. emt.* sic & moribus Saxonice realem immisionem operatur resectio frustuli ligni è januâ, wann ein
- 143 *Spahn ausgehauen; Carpz. P. I. C. 28. D. 139.* Idemq; juris videtur esse in acquisitione quasi possessionis jurium incorporaliû ut servitutis & c. *arg. l. si stilli cidii. 8. §. 1. & l. seq. ff. quemad. serv. amitt.* Imò quandoq; nec tangere vel apprehendere ipsam rem vel partem ejus necessarium est; dummodo per aliquod æquipollens id fiat, veluti per instrumenti traditionem *l. 1. C. de donat. l. cum res 12. C. de probat. Pruckmann. consil. 13. num. 109. & seqq. Cothm. Vol. 2. Consil. 56. n. 62. & nuper in doctiss. dissert. Dn. Gerh. Sellii. sub Magnif. hoc nostr. Præs. habit. de Possession. Instrum. cap. 1. n. 58. & per tot. vel fictionem longæ manus l. 1. §. si jufferim. 21. l. quod meo. 18. §. si venditorem 2. ff. de acquir. possess. & c.* Incorporalium Rerum sive jurium possessio vel quasi instar rerum corporalium animo *l. fin. ff. quemad. serv. amitt. l. fin. ff. de itin. act. privat. l. 1. §. 10. & 19. ff. de aq. quot. & actib. & corpore, sive usu vel exercitio sufficienti acquiri, patet l. fin. ff. de servitut. l. si quis diuturno. 10. pr. ff. si serv. vindic. & ita quidem, ut abundare videatur aliquatenus scientia Domini, cui præjudicium fit, *per text. in l. ult. in fin. verb. nulla scientia. C. de præscript. long. temp. arg. l. fin. ff. de servit. l. 1. §. 4. l. 5. §. 3. ff. de itin. act. priv. Nov. 119 c. 7. vid. Covarrub. ad c. possessor. 2. p. 2. init. relect. n. 9. de R. I. in 6. Matth. Coler. ad c. de quarta. n. 64. X. de præscript.* Retinetur Possessio vel corpore & animo simul *l. qui bona. 19. §. 1. ff. de acquir. Possess. vel animo nostro & corpore alieno, l. 3. §. 12. l. generaliter. 9. ff. de acquir. possess. unde videbatur quidem, quoad retinendam possessionem, abundare corporalem detentionem, arg. l. peregrè. 44. pr. ff. de acquir. possess.* Sed cum beati dicantur possidentes animo & corpore, profecto hæc abundantia erit omnium utilissima.*
- 146 Amittitur possessio vel à volente vel invito; Volens multis modis possessionem amittit, ex gr. negligentia, *l. furtum. 37. §. 1. ff. de usurp. & usucap. l. 40. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. possess. liberalitate, l. 1. C. de donat. traditione sive cessione possessionis & domini, l. 18. §. si venditorem. 2. ff. de acquir. possess. & c.* in quâ (1) abundat, expressis verbis renunciare possessioni, *arg. l. 9. §. 4. ff. de A. R. D.* quia traditionis genuina natura est, ut transferat Dominium & possessionem. *§. per traditionem 40. Inst. de R. D. l. quâ ratione. 9. §. 3. ff. de A. R. D.* (2) de jure Civili videtur abundare traditio solemniter coram actis publicis facta, *arg. l. clavibus. 74. ff. de contr. emt. l. 1. pr. l. 14. §. 1. ff. de peric. & commod. rei vend. pr. Inst. de emt. & vend.* quod secus est de jure Saxon. & Lubec. ubi cessio solemniter non quidem ad substantiam sed validitatem contractus requiritur, *B. Dn. Mev. in comment. ad Jus Lubec. P. 3. tit. 6. artic. 1. num. 6. jungantur, quæ superius de alienatione rerum pupillarum &*
- 148 *Ecclesia dicta sunt. cap. 2. num. 113. & seqq.* Illudque adeo verum est, ut cum quis ex conventionem possit propria autoritate rem traditam occupare, si capiat judicialiter & minus legitime, nihilominus capta possessio non vitietur *Card. Tusch. pract. concl. Vol. 1. lit. A. concl. 67. n. 17. 18.*
- Effectus Possessionis sunt multiplices quibus omnibus recensendis pagellæ hæ merito supersedent, sunt autem præter alios (1) quod abundet, ut possessor probet, *l. 14. ff. probat. & præsumt. l. 2. l. 15. l. 16. C. de probat. Gosv. ab Esbach. ad Carpz. P. 2. C. 52. D. 8. n. 7.* (2) aut titulum possessionis alleget, *l. in special. 73. ff. de R. V. l. 11. C. de hered. petit. l. qui accusare 4. C. de probat. §. 4. Inst. de interd. Treutl. Vol. 2. disp. 21. th. §. lit. C.* (3) ut possessor immobilium satisdet, *l. sciendum 15. pr. ff. qui satisd. cog. Hahn. ad Vvesenb. d. t. qui satisd. cog. num. 11. Paul. Röm. de Possessionib. concl. 127.* quod & in possessore reddituum annuorum obtinere probat *Sneid. §. retinenda. 4. rubr. de interd. uti.*
- 150 *oposid. n. 8. Inst. de Interd. (4) Denique, ut eum, qui nos possessione dejecit, & qui in continenti rursus dejici potest, superioris autoritate dejiciamus; l. 3. §. eum igitur. 9. l. qui possession. 17. ff. de vi & vi arm. quia tutissimè sua cuique domus refugium est & receptaculum, l. 18. ff. de In jus vocand. quo me confero ad jura ad Rem.*

Ka. 3722.

[7]

f

ULB Halle 3  
004 523 687



sb.


Vb 17

*[Handwritten signature]*









2

RTATIO JURIDICA  
 DE  
**SUPERFLUI,**  
 &  
**ELA ABUNDANTI,**  
 QUAM  
 NA ADSPIRANTE GRATIA  
 O JCTORUM IN ILLUSTRIA AD  
 ACADEMIA ORDINE INDUL-  
 GENTE  
 PRÆSIDE  
**MUELE STRYKIO,**  
 ILTAT. JURIDIC. P. T. DECANO,  
 T. CÆSAR. ET PANDECT. PROFESSORE  
 PUBLICO ORDINARIO,  
 O, PROMOTORE AC PRÆCEPTO-  
 OBSERVANTIÆ CULTU ÆTATEM  
 DEVENERANDO,  
 May. Anno M. DC. LXXV.  
 O JCTORUM HORIS ANTEMERIDIANIS  
 CONSUETIS  
 Æ ERUDITORUM DISQUISITIONI  
 SUBMITTIT  
**AS REIMERS, B. B.**  
 A. & R.  
 FRIDERICI EICHORNII.